

q̄mūq̄ sc̄i. Q̄us uenient q̄od
ad illū samaritū regnūrūrū
orbi maner. Et māsc̄lū du-
os dīs. Et n̄isq̄lures m̄tib̄e
rūt i rūpt̄ sermōne s̄p̄t̄ p̄m
lēt̄ dīcūdāt̄. Q̄ia nō iā p̄t̄ tu

alim̄is nōm̄nt̄ s̄m
nā a r̄pa cūm̄t̄. D̄a
ȳ dirb̄
~~dirb̄~~
illis. Erūt uiri babil
m̄t̄ r̄jachim. Erūt
r̄t̄ nōt̄ susūm̄ filiālū

AB
38 12/11
K.

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

No 3179

verl. libris. vobis.

no p...
2 g p...
aus d...

stilicarp...
s. 161. d...

Wachau im Jahr
1780

1780
1780
1780
1780

IMPERATORVM
CÆSARVM
ROMANORVM, A C.
IVLIO CÆSARE, VSQVE
MAXIMILIANVM
II. AVSTRIACVM, BRE-
ues,& illustres descriptiones
Nicolao Reusnero & Geor-
GIO SABINO AVCTT.



Præterea Ausonij, Micylli, Vrfini in eosdem
Cæsares brevia, & rotunda Carmina.

C Y M P R I V I L E G I O .

СЕСАРУ
ИОАННОМ

МУНДИАХА

БІО БАЧІВ ВАСІЛІ

БІО БАЧІВ ВАСІЛІ

БІО БАЧІВ ВАСІЛІ

БІО БАЧІВ ВАСІЛІ

I
INVICTISSIMI ET
SACRATISSIMI PRIN-
CIPIS,

D. MAXIMILI-
ANI II. ROMANORVM
IMP. GERMANIAE, HVN-
gariae, Bohemiæq; Regis, Filij;
inclytis,

D. MATTIAE, ET D.
VENCESLAO, FRATRIBVS,
Exarchis Austriæ
S. D.

Nicolaus Reusnerus
Leorinus.

PRINCEPS ille ingenij, & do-
ctrinæ Plato, quem Deum in ci-
uili scientia Cicero nominat, tum
denique fore beatas dixit Respub. si
aut docti, aut sapientes homines eas
regere cœpissent: aut qui regerent,
omne suum studium in doctrina, ac
sapientia collocassent. Pulcrè ille,
& sapienter, ut Philosophus, potesta

A 2 tis,



tis, & sapientiæ coniunctionem sa-
luti censuit Rebuspub. esse: quòd po-
testas sine sapientia perniciosa: sa-
pientia sine potestate vulgo contem-
pta, & abiecta sit. Sed est tamē hæc
sapientia, quam in Principe requi-
rimus, non solum philosophica ista
rerum diuinarum & humanarum
scientia: quam Plato intelligit: Sed
Christianorum illa longè præstan-
tissima, ac diuina sapiētia: quæ cùm
humanarum rerum perceptam pe-
nitus, & pertractatam habet pruden-
tiā: tūm verò augustinissimam veri
Dei, veraq; religionis notionem:
qua nihil à Deo immortali diuinius,
nihil optabilius, nihil salutarius ho-
minum generi datum est: sine qua
omnis rerum humanarum labascit
intelligentia: & , nisi hæc fulciatur,
ac sustentetur: consistere vix posse
videtur. Quare utrunque prudenti-
am ad imperiū afferre oportet prin-
cipem virum, & eum, qui Christi no-
men



mēn profitetur: vt cum laude munc
ri suo præsit: & tam illustrem, ac
excelsum locum ritè tueatur. Pri-
mūm enim rectè nōrit Deum: id est,
voluntatem diuinam, maiestatemq;
cœlestem nōrit: quæ sacrarum lite-
rarum monumentis expressa: & à
Christo Dei filio, ex sinu patris ad
homines propagata est. Qua non
solum discet, quid sit Deus: sed et-
iam, qualis sit, & quo cultu afficien-
dus: statuetq; vnum, ac trinū Deū,
Patrem, Filium, & Spiritum sanctū,
solum bonum esse, omnis boni au-
ctorem, verum, sapientem, condi-
torem ac moderatorem omnium re-
rum, hominumq; conseruatorem,
ac parentem: & velle eum coli sum-
ma religione, ac fide: & sanctissimæ
eius voluntati viuendo ab omnibus
satisfieri: statuet etiam futuræ vitæ
immortalitatem, & hæreditatē cœ-
lestium bonorum: quæ morte Chri-
sti nobis reparata est. Quæ cogi-

A 3 tatio



tatio prima, adeoq; vnica esse debet eius, qui recte ad Rempub. accedere: eamq; benè administrare velit: vt semper meminerit, verum Dei cultum ad suam curam, & propagationem in primis pertinere. Qua de causa legum diuinarum volumen cum gladio designato regi apud Israëlitas tradis solitum fuisse legimus. Deinde res etiam Princeps sapiens nōrit humanas, & humanæ societati necessarias. Quod totum in literarum, ac plurimarum artium doctrina positum est: quæ rudimenta sunt, & incunabula quædam virtutis: omnisq; officij, & benè viuendi disciplinam continent: ex qua ad Rempub. plurima veniunt commoda: hinc ad ipsos, qui eas amplexi sunt, laus, honor, dignitas confluit. In ijs omnibus, vna cum pietate, informari Principem à puero oportet: maximè verò in historiarū, atq; ciuilis sciētiæ cognitione: quæ fontem habet

habet doctrinā moralem. Per quam,
& cuius ope discimus, quid honestū,
quid turpe, quid iniquum, denique
quid sequendum, fugiendūmūe sit:
tūm quæ sit regendæ ciuitatis opti-
ma ratio, quæ disciplina. Quorum
omnium exempla ex vetere memo-
ria, & monumentis, ac literis pro-
ponit historia: quæ plurimū habent
& auctoritatis ad benē imperādum:
& iucunditatis ad reminiscendum.
Nihil enim propemodum euenire
potest: cuius non extet, & iam olim
aliqua proposita sit effigies: qua qui-
dem in re permultum habent adiu-
menti, atque præsidij, qui Rempub.
gerunt: Si partem hanc doctrinæ
non negligant. Hac enim vitæ ma-
gistra, senilis prudentia iuuenibus
conciliatur: hac eadem ad senum
experientiam magnus cumulus ad-
iicitur: quam qui non habent: sæ-
piissimè eos errare, labi, decipi, &
cum maximis damnis conflictari,

A 4 con-



consentaneū est: præterquam quod omnem vitam in turpitudine, ac infamia scelerum ferè transigant: & mortem denique atrocissimam, ac ignominiosissimam fortiantur. An nō furiae illæ, & pestes Rerump. Nero, Caligula, Domitianus, Commodus, Bassianus, Heliogabulus, Lici-nius, Iulianus, maximo cum dedecore ac detrimento & suo, & Reip. imperitarunt: qui cùm honestatis, & virtutis: tūm pietatis, optimarumq; artium acerrimi hostes extitē: qui belluas immanitate vice-runt: & in tanta omnium vitiorum monstra, atq; portenta euaserunt: ut nemo sit, qui hos non detestetur, auribus respuat, animo aspernetur: recordatione deniq; nominis eorum non perhorrefcat. Quantò rectius Epaminondas, Pericles, Agesilaus, Alexander, Cato, Scipio, Lælius: qui cum summam potesta-tē haberent: plurimum in doctri-na,

+103

na , ac virtute , atque humanitate percipienda , studij posuerunt , ac temporis . Quantò sapientius Iulij , Octaviij , Vespasiani , Traiani , Antonini , Seueri , Claudij , Aurelia- ni , Probi : fortissimi illi , & clarissimi viri , ac sapientes Imperatores : qui maximis rebus occupati , maxima cura in literarum , & cognoscendi studio sunt versati : omnibusq; virtutibus , ac scientijs instructi & ornati ad Rempub. accesserunt : cuius dignitatem , salutem , incolumitatem omni studio propugnarūt : & quam florentissimum , ac beatissimum imperium reliquerunt . Sed hi tamen summi Imperatores non habuerunt perfectam sapientiam : optima , & præcipua eius parte destituti . Quid de ijs dicam : qui ad humanarum rerum scientiam , cœlestem illam , & verè diuinam adiunxere sapientiā ? Ex quorum numero sunt Constantij , Constantini , Iouiniani , Valen-

A 5 tiniani



tiniani, Theodosij, Gratiani, Iustini-
ni, Iustiniani: Summi illi Principes,
& immortali gloria digni: qui reli-
gionis, & humaniorum artium stu-
dijs per omnem ætatem dediti: re-
bus maximis, & imperio salutaribus
gestis: Christianæ Reipub. dignita-
tem, & decus sustinuerunt: & ve-
rum Dei cultum, nugatorijs Ethni-
corum erroribus, atque supersticio-
ne labefactatum, & ignoracione ob-
scuratum, ad populum tulerunt, at-
que propagarunt. Quorum egre-
giè vestigia, non pressa leniter, ad
exiguī prædicationem temporis:
sed fixa ad memoriam omnium sem-
piternam, persecuti sunt Cæsares
Germanici, Caroli, Ludouici, Otho-
nes, Henrici, Lotharij, Friderici,
Sigismundi, Rodolphi, Maximilia-
ni, Ferdinandi: qui in pulcerrimā
hac viuendi arte, & rerum omnium
moderatrice sapientia, omne suum
studium collocarunt: sine qua ne-
minem

minem bene, & laudabiliter imperare posse existimârunt. Quæ profectò gloria magna est: cuius commemoratio nulla hominum ætate dimitetur: sed cum omni posteritate adæquabitur. Taliū Principum, ac Heroum vitas, mores, res cum virtute gestas nouisse, liberalis ingenij est: & ad cognitionem pulcerrimarum rerum propensi: maxime autem conuenit ijs, qui cum imperio, ac potestate sunt: ad quos hoc studij genus propriè pertinet. Sed quoniam integræ historiæ non ita breui tempore initio percurri, & cum fructu legi possint: non abs re facere videntur ij, qui dispersas, & latè diffusas historias breui aliqua notatione in compendium contrahunt: atque hoc pacto, & prudenter iuuentutis, & memoriarum confundunt. Quo consilio optimi, & clarissimi poëtæ Sabinus, Ausonius, Mi cyllus, Vrsinus, feriem Cæsarum Ro mano-



manorum, & res gestas, magnis voluminibus ab alijs conscriptas, eleganter concinnarunt: & numeris dulcissimis incluserunt. Quorum ego imitatus studium, ac industria-
m, quæ deesse ad perfectionem operis arbitratus sum: bona fide ad-
ieci, & quantum omnino fieri potuit, studia iuuentutis adiuuare co-
natus sum. Hos ego libros vobis,
Serenissimi Principes, nominatim consecro: tūm quia in his extant
amplissimorum maiorum vestrorum laudes, & res gestæ: quarum com-
memoratione vos delectari non du-
bito: tūm quia audio, magnam vos,
auspicio optimi, & sapientissimi Im-
peratoris, patris vestri, auitæ gloriæ,
ac decoris expectationem sustinere:
& existimo, his velut imaginibus
conspectis, generosos animos ve-
stros ad æmulationem clarissimo-
rum virorum excitari: quorum simi-
les esse velitis in omni vitæ ratione.

Quem

Quem laborem , ac studium meum
vt æquo animo accipiatis : & fauore
ac clementia me prosequamini , sub
missè oro, atque obtestor. D E V S
opt. Max. det dignos natura vestra
progreslus, & ætatis, ingenijq; vigo-
rem corroboret , vt quam expecta-
tionem vestri apud omnes concita-
stis , eam sustinere , ac tueri possitis,
& maiorum aliquando sapientiæ ac
virtuti dignè respondeatis.

V A L E T E .



Nicolai Reusneri Leorini
DE CAESARIBVS
ROMANIS.

LIBER I.

C. IVLIVS CAESAR.

PRIMVS apud Romanos, post exactos reges, anno fermè (Si Euseb̄io credimus) CCC LXXXXI. singulare arripuit imperiū. Suntque illi, qui terrarum orbem ciuili sanguine impleuerat, exquisitissimi honores à Senatu Romano decreti: qui eius exitio viam aperuerunt. Accessit inuidiæ immoderata arrogantia, regieque appellationis libido. A paucis itaq̄e orta coniuratio, paulatim in plures serpsit: vt LX. amplius Senatores in eius mortem conspirarint: à quibus viginti tribus confossum vulnibus perijt. Aetatis anno LV. Imperij 1111. Anno ante natum Christum X LV.

*Iulius Aeneadē de sanguine natus Iuli,
Romulea primus Cesar in vrbe fuit.
Aulus is iniuito populis dare iura Senatu,
Imperium soli deputat omne sibi.
Aptius hoc quisquam belli non calluit artes:
Feruidus ingenio, cladibus asper homo.
Magnanima populos fudit virtute trecentos:
In sua qui vietas iura dedere manus.
Insubres, Gallos, Numidas, fortisq; Britannos,
Adiecit regno, prisce Quirine, tuo.*

Cyni-



Cyniphiumq; Iubam , Mithridatemq; tumentem,
 Romano insit subdere colla iugo.
 Fortibus ingenuas adiunxit viribus artes :
 Aonij subiit limina sapè chori.
 Præbuit attentas doctorum vocibus aures :
 Dulce fuit studijs pace vacare bonis.
 Maximus eloquio, docta celeberrimus arte :
 Edidit inuicta scripta diserta manu.
 Nouit & aethereo fulgentia sidera cœlo :
 Scrutatus mundi fata, vicesq; sui.
 Annū correxit, quo Teutonis vititur ora :
 Sosigenis docta gnauiter vsus ope.
 Optima prima fere mors eripit inuidā terris :
 Imperij quartus scilicet annus erat.
 Curia cum dira superatum cœde Monarcham
 Infelix vidit, condoluitq; mori.

O C T A V I V S C A E S A R
 A V G V S T V S .

I V L I I Cæsaris nepos, & per adoptionem filius:
 pulsis ac imperfectis parricidis, tyrannisque, Rem-
 pub. usurpare conantibus : Monarchiam orbis terra-
 rum est adeptus : Augustique cognomen à Senatu
 accepit. Pace toto orbe facta, Ianum (quod bis antè
 factum erat) clausit. Tandem Nolæ, siue morbo,
 siue Liuæ dolo, moritur. Princeps sapientissimus,
 & fortissimus. Anno Christi x v i i . Aetatis
 lxxxvi. Imperij l vi . Iesus Christus nascitur
 anno x lii . principatus Augusti Cæsaris.

Cæsaris

Cæsareis titulis, rerumq; potitus habenis

Augustus, populo iura fauente dedit.

Flore virens animi, iuuenilibus integer annis :

Vix bene cum natus bis duo lustra foret.

Bissenos regni consors Antonius annos,

Imperiū sacras rexit, & auxit opes.

Pōst hic Aufonias impleuit cædibus oras :

Dum sera ciuili sanguine bella mouet.

Victor at ille, Pater Patriæ, Cæsarq; vocatus,

Imperium totum solus, & vnius habet.

Vltus aut mortem, latrone mille trucidat :

Qui caput infeste, causaq; cædis erant.

Franget Aquitanos armis, pictosq; Gelonos,

Et Rhetos acres, Vindelicosq; truces.

Sponte diurno vexatus Dalmata bello,

Porrexit famulas in sua iura manus.

Cantaber indomitus, Medusq; seuerus, & Indus

Horruuit iniucti robora magna ducis.

Quid memorem Cattos fortes, durosq; Sicambros ?

Quid Brennos celeres, implacidosq; Getas ?

Quid Parthos, profugosq; Scythes, Seraphq; feroceſ?

Ante triumphantis qui iacuere pedes.

Nec minus excellens illius tempore pacis,

Quam duro virtus cognita Marte fuit.

Iusticiam populis iustus defendit, & æquum :

Sontibus aduersus, supplicibusq; bonus.

Præcipue doctos summo complexus amore,

Demeruit studijs, officijsq; sibi.

B

Sarcaq;



*Sacraq; Pierij veneratus numina fontis :
Augusta panxit carmina docta manu.
Fleuit Vergilius lugubri funera cantu :
Seruari cuius carmine iussit opus.
Capta bis affixit ferratis postibus arma :
Templaq; pacifica clausit aperta sera.
Hoc regnante , salus hominum , mundiq; redemtor
Prodijt intacta virgine natus homo.*

CL. TIBERIVS NERO.

Avgvsti priuiguis, & hæres. Fuit liberarium disciplinarum Græc & Latinè doctus: viniq; adeò auditus: vt Caldinus Biberius Mero per iocum fit nominatus. Perijt in villa Lucullana Anno Christi xxxix . Imperij xxi.

Mollibus hic primos exegit in artibus annos,

Expertes labis flagitijs, Nero.

Ingenio præstans, & suavis munere linguae :

Argolico doctus reddere verba sono.

Eluxit magnis innata modestia factis :

Nullus & in toto corpore fastus erat.

Illyricas armis deuictas fortibus oras

Addidit imperio, Martia Roma, tuo.

Denaq; cum senis vbi lustra peregerat annis :

Cæsarea sumfis sceptra gerenda manu.

At quam virtutis viridi studiosus in euo :

Tam senio scelerum, nequitiaq; fuit.

Prodigus, atq; bibax, auriq; cupidine cœcus,

Debita

*Debita militibus præmia rara dedit.
Feruens luxuria, Venerisq; libidine turpi,
Totum se vitijs, criminibusq; dedit.
Injustus, mentisq; ferox, violentus in omnes:
Et spurcæ nimium futilitatis amans.
Bis geminis lustris, & ternis imperat annis:
Toxica mox populi fronde venena bibit.*

C A I V S C A L I G V L A .

TIBERII nepos, homo fuit omnium scelestissimus. Nihil domi, vel foris strenue gessit: avaritia omnia expilauit. Sororibus suis stuprum intult: adorari se voluit: multos senatores, & alios crudeliter interfecit. Domestica coniuratione oppressus moritur. Anno Christi X L I I I . Imperij nondum
I I I I .

*Caius ab hoc rerum summis praefectus habenis,
Sæuus, & ingenio cædis amante fuit.
Impius in fratres, auiamq; , piamq; parentem:
Mortifera socero pocula tabe dedit.
Polluit incesto stupro tres ipse sorores:
Stupratas patria cogit abesse domo.
Nondum cum vita numerat sex lustra peractæ:
Terdeno miserè vulnere victus obit.
Pestifero pectus rumpit mucrone Sabinus:
Phereus a tergo defecat ense caput.
Sic pereunt misere, nec sicca mente Tyranni:
Quos iuuat impietas pro pietate furens.*

B 2 T I B E -



TIBERIVS CLAVDIVS.

PATRUVS Caligulæ , magis casu , quam
hominum consilio imperium est adeptus . Græca , &
Latina studia insigniter coluit . Sænus fuit , & timi-
dus : ab Agrippina vxore boletis veneno illitis neca-
tus . Anno Christi L V I I . Imperij anno X I I .
M . V I I I . D . X X .

Claudius imperij summos mercatus honores :
Ingenio magnus , iudicioq; fuit .
Mollibus assuetus studijs , magis ocia pacis
Publica , quam durum Martis amavit opus .
Texuit historiam Graia , Latiaq; camœna :
Nec fuit eloquio parvus , & arte rudit .
Sed timidus , saevisq; nimis : nil tale merentes
Sustulit , exigua suspicione , viros .
Sæpius in longas duxit coniuncta noctes :
Gestijt ac nimio membra grauare mero .
Occidat vxoris mox arte peremptus inique :
Illita que daro libula felle dedit .

CL. DOMITIVS NERO.

CALIGVLAE auunculus , fuit omnium
flagitosissimus . Magnam senatus partem , Senecam
præceptorem , matrem Agrippinam , duas coniuges ,
Christianos permultos , vltimo affecit suppicio . A
senatu tandem hostis iudicatus , cum ad poenâ quere
retur , fugiens seipsum interfecit . Anno Christi
L X X I . Aetatis X X X . M . I X . Imperij A . X I I I .
M . V I I I .

Non

Non fuit in toto crudelior orbe Nerone :
Cæsarei Sextus nominis ille fuit.
Nulla viro pietas : sed praua cæca cupido
Criminis : hacq; furens in scelus omne ruit.
Cædes , insidiae , ferrum , vis , stupra , libido ,
Proq; fide cordi fraus scelerata fuit.
Impius incesto verito (res dira) parentis ,
Naturæ legem polluit , atque Dei ,
Nec satis , occiso truculentus viscera matris
Aspexit , gladio viscera fossa suo .
Impleuit totam stupris immanibus urbem :
Non parcens pueris , virginibusq; sacris .
Sustulit ingrato quoque perfidus ene magistrum :
Auspis tam notas contaminare manus .
Quin & Tharsiaco natum de sanguine Paulum
Demisit miseræ barbarus ille neci .
Fortia dum sictis opponit pectora sacris :
Confessus pura colica verba fide .
In sua conuersus crudeli viscera dextra ,
Mille dedit strages , funera mille dedit .
Per foras , perq; vias crudelibus efferus armis ,
Ciuibus exhaustus patria recta bonis .
Supposuitq; suis infandos moxibus ignes :
Et flammis hauxit totius urbis opes .
Ipse replens stupidas horrendis vocibus auras
Gaudia de facti crimine mille tulit .
Culmina de specula letus fumanitia vidit :
Ignibus haud rapidis addere passus aquas .



Non tamen hæc impunè Tyrannus fecit iniquus :

Vindicat indignans facta nefanda Deus.

Bis tria vix numerans actæ quinquennia vita,

Sanguineo peccus traiicit ense suum.

S E R G I V S G A L B A .

C L A R I S ortus natalibus , aucto nomine,
tum Augurum responso spem Imperij , quod tan-
dem est in Hispania adeptus , ab initio secum tulit.
In foro Romano , insidijs Ottonis , iugulatus : cum
imperasset mensis duntaxat septem , Annos
L X X I I I . natus.

Sergius armipotens , animi maturus , & cui ,

Lethato regni frena Nerone tener.

Vtq; geniu duxit prælustri clarus ab ortu :

Ornauit patriam sic pietate domum.

Non egit pigram discincta per ocia vitam :

Non fastus cordi , luxuriæ sue fuit.

Non leuis ambitio , ventosaq; gloria mundi :

Non feritas , & opum perfidiosus amor.

Viuua sed virtus , seraq; ad fortia vires ,

Integritas vite sancta , fidesq; tenax.

Africa virtutum testis , Germania testis :

Quæ vidit valida parta tropheæ manu.

Discolor inuictas quoque sensit Iberia vires :

Sensit , & auditu nomine mœsta fuit.

Liuer ad ingentes sinit haud exurgere laudes :

Impigro comitans ardua facta pede.

Optimus

*Optimus inuidia truculenti Cæsar Othonis,
Occumbit medio, militis ense, foro.*

M. SYLVIVS OTHO.

Vivio adhuc Galba, Imperator est salutatus.
Verum ut à supplicijs, & terroribus imperium est
auspicatus: ita parum illi fuit felix exitus. Pugione
namque se ipsum interfecit, Imperij die LIX.

*Perfidia capit acer Ortho moderamina rerum:
Postquam Galba fero cæsus ab hoste cadit.
At Deus infensus sceleri, vindicta bonorum,
Exegit pœnas, pro feritate, graues.
Bebryaci technis superatus ab hoste, doloq;
Amisit turpi sceptra relicta manu.
Impatiensq; suo lethalem condidit ensim
Pectore: crudeli factaq; morte luit.
Nullus regna dñi tenuit violenta Tyrannus:
Partum vi, rursus vi, subitoq; perit.*

A. VITELLIVS.

IN Germania est ab exercitu Imperator saluta-
tus: qui non ita multò pôst miserrime perijt, mense
Imperij octauo. Namque à Vespasiano quodam
Tribuno, religatis post terga manibus, & laqueo cer-
uicibus iniecto: nudus ad Gemonias ducitur scelias:
vbi excarnificatus in Tyberim projicitur.

*Pessimus ingenio, vita turpisimus, artes
Edidicit pulcas hic, Nero saue, tuas.*

B 4 Ebrius,



Ebrius, & luxu fœdo, torporeq; fractus,
 Infidias struxit, perniciemq; bonis,
 Cæde manus rabidas scelerare, cruoreq; iusto
 Crudeles oculos pascere, dulce fuit,
 Inuisus populis: mox dum mouet improba bella:
 Prælia nec fausto Marte cruenta facit:
 Excudit imperio, duro clam compede vincitus:
 Vix bene cum Cæsar mensibus octo fuit.
 Perg; forum, tectus laniata veste, retorto
 Tractus ab inimico milite, restre fuit.
 Sic duris plagis, & lenta morte necatum
 Ceruleis mersit Tybris amoenus aquis.

FL. VESPASIANVS.

E Flauia obscura gente ortus, apud Iudeam ab
 exercitu Imperator creatur. Vir fuit bellicis rebus
 clarus. Iudeam coepit: Hierosolymam euerxit. In
 agro Reatino è viuis decessit. An. Christi L X X I.
 Imperij x.

Flauius electus communi voce Monarcha
 Romulidum, praefans Marte, togaq; fuit.
 Non hoc militia quisquam prudentius artes
 Calluit: aut toties prælia dura tulit.
 Horruit hunc tristi denicta Britannia clade:
 Præbuit iniustas quo superata manus.
 Thracius Euxinis hunc Bosporus horruit vndis:
 Et Samus, & Pario marmore cincta Rhodus.
 Quid memorem Lyciae concisas diutis urbes?

Quid



Quid Cilicum populos , Sauromataſq; truces ?
 Vicit & hic Sibarim , Bizantia mœnia vicit :
 Comagenem forti perdomuitq; manu,
 Excis ſolymis egit cum laude triumphum ;
 Inſit & Ausonium regna ſubire iugum.
 Quid loquar, vt placidis fuerit virtutibus auctus ?
 Clemens, munificus, comis, & aequus erat.
 Magnus iudicio , lingue dulcedine magnus ;
 Lumen honestatis, iufticiaeq; decus.
 Aere ſcholas magno fouit, cœtusq; docentum :
 Aonij cultor ſedulus ipſe chori.
 Proſluvio ventris moritur, iam grandior æuo :
 Bis duo luſtra ſacras cum tenuiſſet opes,

TITVS VESPASIANVS.

ACC E P I T per manum à patre Vefpafiano
 imperium : quod tenuit annos duos , mensis duos,
 dies viginti. Laudatissimus fuit ; ac propter iufticiam , & beneficentiam, Amor , & delitiae generis
 humani cognominatus. Adeo liberalis, vt nulli quic-
 quani negaret. Febre correptus , ingente onnium
 luctu, naturæ concesſit. An. Chrifi LXXXIIII,

Non fuit inferior natus virtute Parente :

Multa domi fecit fortia, multa foris.
 Armorum cinxit Solymos indagine muros
 Cum patre : viſtrici diripiuitq; manu.
 Ferrea perrupto fregit munimine clauſtra :
 Templaq; cum domibus ſubruit equa ſolo,



Mœnia suppositis hausit sublimia flaminis :
 Edidit ac strages per foræ, perq; domos.
 Cum vulgo proceres pariter discrimine nullo,
 Cum senibus iuuenes, foemina, masq; cadunt,
 Nec sacrata Deo quenquam delubra tuentur :
 Hæc quoq; funesta sunt violata manu .
 Strata cadaveribus numerosis area passim
 Plena putri tabo, plena cruento madet.
 Tum victor repetens lato Romana triumpho
 Mœnia, Cœsareas cum patre rexit opes.
 Eximum populi meruit virtute fauorem :
 Dictus & orbis amor, delitiumq; fuit.
 Tandem lethifera consumitus viscera febre,
 Summa velut dulci fata sopore tult.

FL. DOMITIANVS.

NERONI, aut Caligulae similior fuit : quam
 patri Vespasiano, aut fratri Tito. Eò dementie ve-
 nit : vt se Dominum, ac Deum vocari, scribi, coli-
 que iusserit. Secundus post Neronem Christianos
 persequitur. Gesit bella cum Cattis, cum Dacis,
 cum Sarmatis : dequé ijs triumphauit. Suorum
 tandem coniuratione imperfectus. Anno Christi
 xcix. Regni vero xv.

Suscipit eximè regalem fratrem coronam
 Degener, & scelerum Domitianus amans.
 Ille quidem studijs iuuenili deditus suo,
 Observans æquum, iusticæq; fuit.

Mitibus

Mitibus imperijs indulgens, recta probauit :

Iuraq̄, laudato Cœsare digna tulit.

Atria congestis ornauit splendida libris :

Excelsis firmans ædibus vrbis opes.

Mox tamen hic populi visus quæfisse fauorem :

Fas abolere, nefas cœpit amare malus.

Turpiter exercens Venerem sine more nefandam,

Serua libidinibus membraq̄, seq̄ dedit.

Clementes mores, & iura perosus auorum:

Seruili presit conditione bonos.

Sæuict in ciues infecta sanguine dextra :

Gessit & inuidie pectora plena miser.

Christiadum flagrans odio, cœcusq̄, furore,

Triste Sebetiaden trusit in exilium.

Præmia sed factis accepit digna : malorum

Nemp̄ solet pœnis inuigilare Deus.

Coniugis ipse suæ misere cadit ense peremtus :

Egit vbi vitæ lustra nouena suæ.

Sic pereunt omnes, quos in scelus omne, nefasq̄,

Mente velut captos, impius error agit.

N E R V A C O C C E V S .

MODERATAE vitæ tūm publicæ, tūm pri-
uatae fuit. Senex admodum suscepit imperium. Sub
eius principatur Romana res ad prosperrimum redijt
statum. Imperauit annum unum, menses quatuor,
& dies nouem. Princeps iustissimus, & beneficen-
tissimus. Obiit annos L X V I I I . natus.

Præditus



Præditus ingenio niti, virtuteq; Nerua
 Auspicijs tenuit tradita sceptræ bonis.
 Afferuit leges sanctas : scelerumq; ministros
 Non tulit, imperij rexq; paterq; sui.
 Iudicijs aptos homines præfecit : auaros
 Noluit in sancto dicens iura foro.
 Non hunc luxuria vesana cupido, vel auri,
 Venalisq; fauor fregit, & aura leuis.
 Officij ciues, & publica commoda iuuit :
 Annus at elapsus fermè secundus erat :
 Arrogat imperio Traianum viuus : & ipse
 Ardenti placide febre perustus obit.

VLP. TRAIANVS DACICVS

A D O P T I V V S Neruae filius, genere Hispanus. Hic alioquin optimus Princeps, tertiam in Christianos persecutionem concessit: quæ tamen Plinij secundi beneficio nonnihil cessauit. Periit profluvio ventris, Aetatis anno L X I I I I . Iesu Christi C X V I I I : cum imperasset annos xix.
 M. VI. D. XV.

Quà iacet à Drusi prestante vrbs coniuge dicta :
 Cæsar hic magni nomen, & armæ capit.
 Fortis, & ingenio solers, comissq; bonusq;
 Ciubus & clemens, hostibus asper erat.
 Dacicus hic dictus, quod saeo milite Dacos
 Fudit, & imperij sub iuga traxit eos.
 Supplicibusq; Ducem votis exposcere pacem
 Inssit, & edomita tangere crura manu.

Qui ta-



Qui tamen oblitus fidei, pacligj, coëgit
 Sub sua victorem signa redire ferox.
 Acer at hic, magnas ducens in prælia turmas,
 Rursus ad Istrinas castra locavit aquas.
 Ponte simul structo, superatum contudit hostem :
 Qui proprium trepidus perforat ensè latus.
 Mox celebri dicit Traianus laude triumphum :
 Ac reduci Rome mœnia classe petit.
 Nec longum desedit iners : sed Marte resumpto,
 Assyriam duro milite presit humum.
 Armenius vires metuendas sensit Araxes :
 Sensit & Euphrates, cœruleusq; Sauus.
 Represit Parthos profugos, & Seras Eeos :
 Viator Erythraum per mare fecit iter.
 Messenen adiens magna cum classe ferocem,
 Externam fausto Marte subegit humum.
 Jamq; domum rediens bello, viatorq; triumphum
 Acturus, vitijs hydropis ager, obit.

P. A E L I V S A D R I A N V S.

C O N S O B R I N A E Traiani filius. Primo
 quidem Christianis aduersatus est : Postea vero co-
 gnita eius religionis honestate & pietate, in eos fuit
 beneficus. Vraque etiam lingua eruditissimus ha-
 bitus. Morbo intercutaneo moritur. Anno Christi
 C X X X I X . Imperij x x i . Aetatis L X I I I .

Aelius hic viridi studijs imbutus in aeo,
 Ingenio sanctæ pacis amante fuit.

Argolico



*Argolico doctus, doctus sermone Latino,
Lusit amabilibus carmina pulchra sonis.
Sumtibus, atque viris spoliata Lycea refecit :
Muniit imperij iure, fideq; decus.
Obfessam Syria Bethoron diruit arcem :
Fecit & occiso leta tropaea Duce.
Atque suo dictam de nomine condidit urbem :
Qua Solyma steterant mœnia sancta prius.
Funeris ante diem rerum moderamina legat
Insigni studijs, & pietate viro.*

ANTONIVS PIUS.

CVM filijs Aurelio & Lucio, tanta modestia
imperauit: vt meritò Pij cognomentum sit adeptus,
& pater patriæ appellatus. Hic etiam religione, pie-
tate, iusticia cum Numa comparari potest. Decessit
vita in suburbano suo. Anno ætatis L X X . Imperij
XXIIII.

*Excipit imperij Pius Antoninus habenas :
O vere Cæsar nomine, regj, Pius.
Mente Pius, mitis natura, corpore pulcer,
Moribus ingenuus, iudicioq; grauis.
Pacis amans nullos in prælia seu poposit :
Hostibus at celeri restitit acer ope.
Auertit regnis æterni Martis Alanos :
Stricta iubens seu ponere tela manu.
Indomitos Dacos repressit, & exuit armis :
Compulit ac pacis commoditate frui.*

Ocia



Ocia nec passus iuuenum corrumpere mentes :

Ocia materiem dant vitiosa malis.

Mortuus est placide nullo cum crimine regni :

Bis duo cum natus lustra, decemqu₃ foret.

M. ANTONINVS PHILOS-
PHVS, ET L. AVRELIVS
VERVS.

Dv c fratres ab Antonino Pio adoptati, primi
Romæ æquo iure imperarunt. Lucius Apoplexia
extinctus. Marcus fato defunctus magnum homi-
nibus sui reliquit desiderium. An. Chri. c i x i i i.
Regnarunt annos x i x.

Destinat imperio Marcum cum plebe Senatus :

Cogit & inuita regna tenere manu-

Is sibi consortem Verum facit, indole paruum :

Moribus haud fratri, iudicioque parem.

Quippe malis fœde traduxit in artibus eum :

Fractus auaritia, luxuriæque malo.

At Marcus studijs sanctis excultus, & arte

Ingenua, princeps iustus, & aequus erat.

Armorum pariter clarus virtute, togæque :

Egregio fecit plurima digna Duce.

Contudit exigua contentos nocte Britannos :

Egit & in turpem, Marte fauente, fugam.

Fortibus audaces Cattos compescuit armis,

Finibus electos, Rhetica terra, tuis.

Atque sagittiferos Syria decedere Parthos

Impulit



*Impulit, & facta pace redire domum.
Sauromatas vicit duros, Morauosq; rebelles :
Quadorumq; fera cæde repleuit agros.
Tempore quo magnis arsit feruoribus æstas :
Torruit ac feruens arida rura sitis.
Exanimes cum mille siti periære cohortes :
Pestis & est longam dira secuta sitim.*

COMMODVS ANTONINVS.

M. ANTONINI filius, omnibus fuit incommodus : tantaque omnium execratione imperauit : ut etiam mortuus humani generis hostis iudicatus sit. Strangulatus in domo Vestalium. Gubernauit annos xii. & menses ix.

*Nec vita, nec pace, feris nec commodus armis
Commodus extincti munera Patris obit.
Turpe nefas, claris ortum natalibus esse :
Criminibusq; genus dedecorare suum.
Artibus ille malis iuuenili deditus æuo,
Dissemilis studuit moribus esse patri.
Non illi virtutis amor, non gloria vera,
Non cure populi vita, salusq; fuit.
Prodigus, impurus, saeuus, gladiator, inersq;,
Ocia queſiuit delitiosa domi.
Ignibus illicitis agitatus, amoreq; turpi :
Virginibus rapto stupra pudore tulit.
Non veritus nebulo propriæ vim ferre sorori :
Turpiter & veritum commaculare thorum.
Quid?*



*Quid? quod Germanæ sceleravit sanguine dextræ:
 Nec potuit generi parcere cæde suo.
 Præbuit obscuris meretricibus æra: nefando
 Extitit in turpes turpis amore viros.
 Facta sed ut punit vindictæ Deus impia regum:
 Sic grauis hunc etiam pœna secuta fuit.
 Suspensus crepuit tigno: collumq; nodatus
 Oppetit miseram, fune tenace, necem.*

A E L I V S P E R T I N A X.

*SEPTVAGENARIUS, ex præfecto
 vrbis, senatusconsulto Imperator creatus. A Iulia-
 no Iurisperito in Palatio occisus: quem & ipsum,
 imperium occupantem, Seuerus victum bello inter-
 fecit: posteaquam regnauit menses duos, dies
 XXV.*

*Aelius obscuri generosus sanguinis hæres,
 Virtutum, generis damna rependit, ope.
 Grammaticæ primis elementa professus in annis:
 Eruditæ mentes doctus in arte rudes.
 Martia mox, studijs abiectis, castra secutus:
 Fortem se bello præbuit, atq; roga.
 Acceptit Myssos fortæ, Rhetosq; regendos:
 Submisitq; suo Dacica regna ingo.
 Iamq; fere numerans bis sex quinquennia vitæ,
 Cæsareum meruit, plebe fauente, decus.
 Dum tamen obseruans æquì, iustiq; rigoris,
 Militibus sancit iura seuera feris:*

C

Funere



*Funere sublatus moritur : cum tertia nondum
Fulxit ab imperij Luna bis acta die.*

DIDIVS IVLIANVS.

NEPOS Saluij Juliani Iureconsulti, in aula Adriani Imperatoris. Occiso Pertinace voces in castris sparsæ sunt : fore illum Imperatorem, qui maximam pecunia summa militibus numeraret. Ibi Julianus, ut erat diues, de certa pecunia summa paciscitur : quam tamen euectus ad gubernationem non soluit : sed occupatus erat in voluptatibus, & in ærario expilando. Hanc ob rem à militibus, & duabus deferitur : & abrogato imperio à nonnullis obtruncatur. Anno Christi cccv.

*Didius imperium donis ingentibus emtum
Accipit : auersa sed regit illud aue.
Alea plus illi cordi, turpisq; voluptas :
Quam virtus, patriæ quam pia cura fuit.
Delitijs animum prauis satiauit inertem :
Indulgens turpi nocte dæg, gul.e.
Grandibus antetulit regni conuinia curis :
Marcescens somnis, immodicoq; mero.
Inuisus populis, ob desidis ocia vite,
Exuitur regno, pulsus & vrbe perit.*

L. SEPTIMIVS SEVERVS.

GENERE Afer, vehemens ac ferox, vitaque insuetus duræ. Quintus à Nerone persequitur Christianos. Continuò varijs periculis, & bellis distractus, deuictis Iudeis, Parthis, Persis Arabibus, Eboraci



Eboraci vitam finijt. Anno Christi c c x x i i . Imperij x v i i .

Felix ingenio, felix belliq; domiq;

Principua dignus laude Seuerus erat.

Doctus, & ingenuis excultus in artibus, astra

Nouit, & ethereo fata notata polo.

Iusticia vindex, iurisq; seuerus amator:

Represit summis viribus omne nefas.

Marte potens Nigrum ter vicit, & exiuit armis.

Indigna cogens vertere terga manu.

Mille fero strages fecit certamine victor:

Qua niger Ascanij pontus adiutur aquis.

Cinxit & infestis Bizantia moenia signis:

Diruit ac facta deditione domos.

Albini fudit Ducus agmina milite forti:

Qua Rhodano cursus iungit amoenus Arar.

Atria faclurus truculentis bella Britannis,

Eboraci, sicco funere raptus, obit.

M. AVREL. ANTONINVS BAS- SIANVS CARACALLA.

SEVERI filius, sumto Senatus iussu, Antonini nomine, imperio poritus est: ac Caracalla cognomentum accepit. Nullum facinoris genus in vita prætermisit, crudelissimus, ac incestuosus. Dum bellum in Parthos mouet: ab hostibus circumuenitus, occiditur. Vixit annos x l i i . Imperauit viii.



Dum metuit sceptris, rerumq; affectat habenas

Filius, ingenio prauus, & arte malus.

Obtruncat sauo crudelis acynace fratrem :

Consortem regnis, imperioq; datum.

Quem tenuit collo pendentem Iulia mater :

Qui bonus ingenio, qui bonus arte fuit.

Spurcus at alter erat, scelerum fœdissimus emitor,

Efferus, inconstans, segnis, auarus, iners.

Occisa ducit demens vxore nouercam :

Nec metuit vetitum sollicitare thorum.

Quid loquar? ingenti quam multos clade necarit :

Præstantes rerum cognitione viros?

Dum Getæ fratri non vis defendere cædem :

Indignam pateris Papiniæ necem.

Sed punire solet regum Deus effera facta :

Criminibus felix non fuit ille diu.

Dum mouet implacidis bellū lacrymabile Parthis :

Infamis cœsus militis ense perit.

Vidit ut abiectum coniunx in honesta cadauer :

Nunquid, ait, sine te sola superstes ero.

Quæ tecum vixi, tecum nece tollar oportet:

Sic ait, & vitam finiit ense suam.

POPILIVS MACRINVS.

BASSIAN Ocxo ab exercitu Imperator
creatur. Senatus populusque Rom. id suo asseſſu
ratum facit. Sordido loco natus, fœdo carnificiique
fuit ingenio. In Archelaide à militibus obtrunca
tus. Regnauit menses X I I I I.

Macri-



Macrinus satus obscuro de sanguine, Cesar
 Communi legitur nomine, Roma, tuus.
 Miles ut Assyrios agros infestus haberet :
 Imperij socius filius alter erat.
 Ocia famoso duxit torpentia luxu :
 Ingluuiem replens, nocte dieq; mero.
 Fædera cum seuis, posito certamine, Parthis
 Sancit : his emta pace tributa dedit.
 Mox Bythinorum fugitiuus in arua recepit :
 In se commota seditione graui.
 Inq; domo latitans, crudelibus obrutus armis,
 Cum nato clausit fata suprema miser.

A V R E L . A N T O N I N V S V A-
 R I V S H E L I O G A B V L V S .

BASSIANI ex scorto vulgatissimo filius
 fuisse putatur. Nullam de se nisi omnis obsecnitas
 memoriam reliquit. Tumultu militari necatus.
 Regnauit biennium, & septem menses.

Quid superi voluere, ribi regalia dando
 Sceptra, malo peior Patre, scelestæ Vari ?
 Dedeetus, & longi pudor indelebilis æui :
 Monstrum, non Cesar : non homo, pestis eras.
 Oua mali mala sunt corui : mentemq; parentum
 Degener innatam sanguis habere solet.
 Ille parente malo natus, meretriceq; matre,
 Exxit mores cum feritate malos.
 Impietatis amans, legum contentor, & æqui :

C 3 Eiecit



Eiecit patrio iuraq;_z, fasq;_z foro.
Regna dolis varijs, & iniquo munijt astu :
Et coluit nequam, nequior ipse, viros.
Improbitas quorum, mentisq;_z ferocia nota,
Et legitas turpis, vitag;, fœda fuit.
Consuluit primus mulieres : ing;, Senatu
Coniunctas, voluit ducere iura, Viris.
Obscœnus verbis, effreni teter amore,
Gestijt illicitas sollicitare faces.
Aera, stipemq;_z dedit moechis, scortisq;, petulcis :
Caſtra iubens Veneris flagitiosa sequi.
Vtile propositum vetitis ardescere flammis,
Et seruum peccus duxit habere malis.
Nil non permisit sibi fas : nil turpe putauit :
Que libeant animo, cuncta licere ratus.
Addictusq;_z gulæ votis, & ventris auari,
Imperi magnas dilapidauit opes.
Insueta placuere dapes, mensaq;, nitentes :
Ignotiq;_z fames ambitiosa cibi.
Singula quid referam ? nil non culpabile fecit :
Attentas habuit crimen ad omne manus.
Successu longo caret improba vita malorum :
Impius indigna morte perire solet.
Ingratus populo, caſtris ingratior : hostis
Intentata miser dum fugit arma sui :
Abſtrudit foedum corpus maleolente cloaca :
Nec tamen hic hostis tutus ab enſe latet.
Obrutus hic armis, & lenta morte necatus :
Tybridis



Tybris in rapidas præcipitatur aquas.
Nec mater poenas evasit, & ipsa necata:
Quilibet est sceleri congrua poena suo.

ALEXANDER SEVERVS.

DO DECIM annos natus Imperator creatur.
Vnicum fuit virtutis exemplum. Res maximas bello
gescit in Mesopotamia, in Mauritania, in Illyrico,
in Armenia. Pecunias omnino contempsit: gemmas,
vt res muliebres, reiecit. Maximini iussu cum
matre Mammæa occisus. An. Chr. c c x x v i i i .
Imperij x i i i . m . i i i .

Qualis erat Macedon rex, natus patre Philippo:
Cui virtus Magni nomen habere dedit:
Talis erat natus Marcello patre Seuerus.
Magnus Alexander nomine, regis fuit.
Quem toga, quem fortis commedat gloria Martis:
Nobilis & sancta cum pietate fides.
Præditus egregiae fuit indole mentis, & acri
Iudicio, vindicta iuris, amansq; Dei.
Artibus instruxit, firmavit legibus urbes:
Restituens patriæ iura seuera sue.
Depulit infames summis ab honoribus acer:
Purgauitq; malis regna referta viris.
Præmia largitus Clariæ cultoribus artis,
Pegaso fouit numina sancta chori.
Fudit & insigni blandos dulcedine versus:
Argiuo panxit carmine docta sono.



Nec verò belli fuit ulli laude secundus :

Gessit honorata prælia fausta manu.

Ingressus multo Parthorum milite terram

Contudit auspicijs hostica castra bonis.

Iniuictos domuit Persas : regijs feroci

Iniecit turpem, Marte iuuante, fugam.

Mox victor spolijs oneratus ab hoste superbis,

Vietrici dextra pulcra trophya tulit.

Militæ socios præda ditauit opima :

Quos fidos habuit non tamen ille diu.

Nam dum Parrhasiam tentoria ponit ad Arcton :

Sæuaq; Germanos vertit in arma feros :

Barbarico perit ense, pia cum matre necatus :

Quà Rheni Mogus vitifer auget aquas.

Hoc precium meriti, vitaq; recepit honestæ :

Sic, benè qui meruit, premia rarus habet.

I V L I V S M A X I M I N V S T H R A X C V M F I L I O M A X I M I N O .

PRIMVS ex corpore militari, neglecta omni se-natus auctoritate, Imperator electus : fuit ingentis staturæ vir, Christianique nominis inimicissimus. Sextam in Christianos persæcutionem exercuit. Aquileiæ à Pupieno trucidatus. Imperauit annos tres.

Qui fuit ignotis natalibus ortus : & agnos

Threijcio pauit spretus, quæsq; solo :

Promeret imperij summos hic Cesar honores :

Marte ferox, ingens robore, cæde malus.

Sæuior



Sæuior Antheo, Busiride settior ipso :

Ex facto quorum nomen vtrunque tulit.

Edidit ingenti crudelia funera strage :

Innocuos lædens fraudeq; viq; viros.

Barbarus infida rapuit bona ciuibus arte :

Romuleos misere diripiuitq; focos,

Teutonas inuadens violento milite fortis,

Sub iuga Romani compulit ire soli.

Vndiq; vastatis agris, captiſq; colonis,

Germana pecudes raptor abegit humo.

Mox auctus ſpolijs, & cædis plenus acerbæ :

Visere dum Latiae cogitat arua plague :

Audit ſublimi regnorum ſede locatos

Patritios, populo ſic ſtatuente, duos.

Audit & immiſſo ſibi milite damma parari :

Bellaq; Romanos ſeuā parare Duces.

Protinus Aſoniam bellum mouet acer in urbem :

Expugnaturus milite regna ſuo.

Cingit & infestis Aquileia mœnia signis :

A quibus eiecltus turpiter ante fuit.

Sed cum caſtra fames premeret prædura : ſuisq;

Inuiſus ſocijs, nec ſine iure, foret :

Militis occumbit ſimul hic, & filius enfe :

Geffiſſent anni vix vbi ſceptra tribus.

Successu violenta carent : & ſepè parentum

Iuſtior his ſoboles improba facta huit.

P V P I N I E N V S M A X I M V S , E T
C E L I V S B A L B I N V S .

C 5

Duo



Duo consulares viri, ex Senatus decreto contra Maximinum Imperatores sunt creati: ea lege, ut alter res domesticas, alter bellicas curaret. Pupinianus exercitum contra Maximinum ducit: in quo bello Maximinus a suis obtruncatur. Tandem Maximini milites moerentes, quod cum Imp. quem ipsi delegerant, perdidissent: tales vero haberent, quos Senatus legisset: quæsuerunt occasionem tollendorum Principum. Quæ tum demum inuenta est: cum ipsorum inteligerent inter se discordiam. Quare cum Pupinianus contra Parthos: contra Germanos autem Balbinus essent profecturi: Iudis quibusdam scenicis prius exhibitis: milites in Palatio in ambos Imp. impetum facientes: mutatis vestibus regalibus de Palatio eos deturbarunt: perque civitatem ad castra tractos interfecerunt: cum biennio regnassent.

Inuidia seu flagrans, odijsq; Tyranni,

Elegit Reges Martia Roma duos.

Maximus, & verè, non tantum nomine Magnus,

Arte potens belli, militiæq; fuit.

Grandibus opposuit felicia viribus arma:

Ingressus fines, Histrica terra, tuos.

Prælia cum saeo miscens hic dura Tyranno:

Victri retulit parta trophyæ manu.

Balbinus virtute togæ præstantior, armis

Sed minor, afferuit patria regna domi.

Acria civilis sedavit bella tumultus:

Impedijsq; minas plebis, & arma feræ.

Composit motas vrbis sine sanguine lites:

Et mores populis, iuraq; sancta dedit.

Ingen-



*Ingentem bonitate sibi meruere fauorem :
 Mœnia firmantes legibus alta bonis.
 Iusticie placido moderati iure rigorem :
 Res belli pulcro disposuere modo.
 Iamque feris alter moturus prælia Parthis
 Afferat, Germanis fortibus alter erat.
 Miles at inuidie stimulis agitatus iniquis,
 Ambos oppresit seditione Duces.
 Quam nunquam par respondet fortuna labori !
 Virtuti (miserum) rarus habetur honos.*

GORDIANVS III.

CLARA familia ortus, ab ipso senatu Imperator
 salutatur. Cum Parthos iam crumpentes ingenti
 clade affecisset : ad triumphum rediens à Philippis
 necatur. An. Christi CCCXLVIII. Imperij Sexto.
 Senatus, cognita morte Gordiani, continuò eligit
 Marcum, virum grauem, & sapientem à Zonara Phi-
 losophum cognominatum : qui subita morte in Pa-
 latio, vbi habitabat, decessit. Eius in locum statim
 electus est Seuerus Hostilianus : qui ad gubernatio-
 nem imperij accedens, cum repente in morbum in-
 cidiisset, medicis male venam soluentibus, occubuit.

*Gordius ad summi vénit fastigia regni :
 Egit ut etatis vix tria lustra sua.
 Gordius ingenio magnus, formaque, decorus :
 Laudibus insignis patris, auique, fuit.
 Robore iusticie populos fundauit, & vrbes :
 Exornans studijs subdita regna bonis.*

Immi-



Immites Iano Persas aggressus aperto,
 Antiochi captos depulit vrbe Duces.
Iuraq_j submoto suppredit iniqua Sapore :
 Seruit_j redimens oppida multa iugo.
 Misithei ductu socii Ctesiphonta profectus,
 Ecbatanis cœpit mœnia iuncta solo.
 Reddidit imperio Carras, Asieq_j colonos :
 Phasis vbi Nini cornua miscet aquis.
 Occidit insidijs extinctus, & ense Philippi :
 Sextus vbi regni curreret annus iter.

PHILIPPVS ARABS CVM
 FILIO PHILIPPO.

Fuit pater Philippus Arabs, militum studio ad imperium eructus : cui Senatus id ratum fecit. Idem Augustorum primus, Baptismo insignitus, Christi nomen professus est. Ambo opera Decij interfecti. Sub horum imperio Millesimus annus urbis Romæ, magno ludorum apparatu est celebratus. Imperârunt annos quinque.

Barbarus affectat regalia sceptra Philippus :
 Pauper, & abiecto sanguine cretus Arabs.
 Participemq_j sui natum declarat honoris :
 Septenos annos qui modò natus erat.
 Fœdere cum Persis pacto, factaq_j quiete,
 Ingenti pompa mœnia latus adit.
 Illuc magnificos celebrat pro tempore ludos :
 Quo condit cœpit Martia Roma die.

Quo



Quo flammis etiam combusta voracibus ignis,

Maxima pars vrbis facta cinisq; fuit.

Primus hic ē cunctis sacro baptisme lotus,

Pane frui cupit, atque cruore sacro.

Primus & hic Christi nomen, vocemq; professus,

Obstigit effictis cultibus, atque sacris.

Deficit iccirco diuini nominis hostis

Decius : inq; Ducem bella cruenta parat.

Quem dum vindicibus compescere cogitat armis :

Quā stat Medoaci lata Verona iugis :

Dissiō capitris medio (crudele) necatur :

Filius ad Romæ clam iugulatus obit.

D E C I V S .

E P A N N O N I A inferiore natus, sumto imperio, edictum proposuit: vt Christi cultores vbi- que necarentur. Dum praelium in Barbaros ciet: palustri voragine obrutus, perijt: secundo imperij anno Christi C C L V I .

Decius occisis sortitur regna Philippis :

Sanguine qui clarus, militiaq; fuit.

Prælia cum seuis gesit crudelia Gottis :

Fœmineo cogens vertere terga metu.

Fecit & ingentem clypeata per agmina stragem :

Demittens miseræ millia multa neci.

Rursus at infasta commisit prælia pugna :

Filius immidi cœsus ab hoste fuit.

Percitus hic iusta pater acrius irruit ira:

Perse-



Persequiturq; Getas Marte furente truces.
 Sed perit absorptus stagnante voragine campi:
 Annos cùm tulerat regia sceptr'a duos.
Si non Christiadum fœdasset sanguine dextram:
Posterior nullis Marte, togag; foret.
Sic nil sincerum totum est: suis omnibus error
Exortem nullum criminis esse finit.

LICIN. VALERIANVS.

VALERIANVS Imperator in Rhetia ab exercitu factus est senex. Propter iusticiam, & fortitudinem Senatui valde carus, & acceptus. Fuit initio mitis erga Christianos: sed postea a Mago Aegyptio incitatus est, ut persecutionem moueret: & humanas hostias maectaret. Captus à Persis, in seruitute misera vixit. Tandem in extrema senecta viuenti cutis a ceruice ad pedes detracta. Regnauit annos quatuor.

Sanguinis hic hæres clari, laudisq; paternæ,
Cæsareas rexit mitis, & aequus opes.
Iusticia dubium, validissime potentior armis:
Et carus populo, militibusq; suis.
Dignus Cæsareo qui letior esset honore:
Hostis Christiadum sed tamen ille fuit.
Intulit Eois bellum lacrymabile Persis:
Quorum militia rex Sapor acer erat.
Marte sed aduerso pugnauit: captus ab hoste,
Sapè dedit regi colla premenda pede.
Quem senio fractum tandem nece lethat acerba:

Detra-



Detracta tenui, quæ tegit ossa, cute.
Quam nulli fortuna fidem temeraria seruat:
 Quæ iam summa ferit, iam ruitura leuat.
 Ne regnis confide: Duce sors cœca potentes
 Eripuit regnis, exilioq; dedit.
 Sapè bonis auget multos, & honoribus effert:
 Lapsu præcipites ut grauiore ruant.
 Maxima victoris laus est comparcere viçtis:
 Incertæ belli sunt, dubiaq; vices.

GALIENVS.

GALIENVS Romæ à Senatu Imperator ele-
 ctus: Similis fuit Neroni aut Domitiano: deditus
 obſcenis voluptatibus, & crudelis. Mediolani oc-
 cidiit. Imperij anno x i. Christi C C L X X I.

Illecebris spurci captus Galienus amoris,
 Ingenuo fecit multa pudenda viro.
 Securus regni, rerumq; , vacauit ineptis
 Lusibus, addictus nocte dieq; iocis.
 Seruunt ac vitijs, ad dedecus omne paratus:
 Luxu nil habuit carius, atque prius.
 Duriter imperij vires affixit, & vrbes:
 Terdenos passus sceptræ tenere Duces.
 Ille sed Aureolum dum poscit in arma rebellem:
 Oppedit insidijs fata suprema Ducum.
 Qua iacet Insubrum prædiues, & inclyta bello
 Vrbs, de lanigera nomen adepta sive.

FLA-



FLAVIVS CLAVDIVS.

DET V L I T Claudio imperium militaris fa-
uor. Gottos incredibili clade superauit. Quare in
curia aureus clypeus , in Capitolio aurea statua eidē
à senatu decreta est. Morbo correptis, apud Syrmium
moritur. Regnauit annum unum , & mensēs
nouem. Post mortem Claudi⁹ Quintilius frater,
Dux Italici p̄fudij, ob egregias virtutes, Cæsar, Au-
gustusque à Senatu est appellatus. Cognoscens
verò Aurelianum ab exercitu Imperatorem creatū :
seque imparem illius conatibus esse : consternatior
factus , paulo p̄d̄ ex voluntaria venarum incisione
expirauit, Die Imperij x vii.

*Claudi⁹ insignis morum grauitate, fidej⁹,
Digna domi fecit Cæsare, digna foris.
Innumeras validis defendit ab hostib⁹ vrbes :
Tutatus iustos, innocuosq⁹ viros.
Præstanti Gottos domuit virtute fugatos :
Magnaq⁹ confecit tempore bella breui.
Depulit Aureolum regnis : fœdusq⁹ petentis
Attriuit forti strenuus arma manu.
Non artes huic Romanae, non gloria Maris
Desuit, aut magno principe digna fides.
Desuit humana solum Pars optima vita :
Que propere, sumi more fugacis , abit.
Nondum Sol geminos confecerat aureus annos :
Terrenas subita morte reliquit opes.
Hei nihil immuti fas quenquam credere Parca :
Inclita nil virtus iniuida fata mouet.*

V A L E -



VALERIVS AVRELIANVS.

VIR militari disciplina excellentissimus. Primus apud Romanos diadematæ, geminis, & aurata veste vsus. Nonam in Christianos perfecutionem fecit. A suis familiaribus imperfectus. Anno imperij sexto Christi CCCXXIX.

*Sauromatas magna vastantes clade colonos
Fudit in Illyricis Aurelianus agris.
Bellaces domuit Francos, Sueuosq; potentes :
Vrbs vbi de Mogi nomine dicta iacet.
Audace Moranos repulit, fortessq; Boëmos :
Finibus electos, Aufonis ora, tuis.
Gottorum stravit celeri virtute Tyrannum :
Nicopolin tunidis quâ secat Ister aquis.
Queq; tenent Ponti Bithynia littora fauces,
Romano forti subdidit ense iugo.
Cappadocu populos, Chalybumq; subegit, & vrbes:
Quorum Thermoodoon ambit, Halysq; solum.
Vrbs iacet Assyria confinis Edessa colonis :
Sola vel hac magna conscientia stragis erit.
Zenobiam captam sumtis hic exiuit armis :
Quæ belli præstans fæmina laude fuit.
Continuit veteri pharetratos limite Persas :
Quiq; colunt vestras Ganges, & Inde domos.
Auditio Blemyæ tremuerunt nomine sæui,
Atlantesq; truces, Aethiopesq; feri.
Horruit ingentes Aegyptus territa vires :*

D Tradidit



Tradidit hæc domitas in sua iura manus.
Barbare Vindelicis viëtum te depulit oris :
Amouit populis seruitijq; ingum.
Tantus, tamq; potens bello, fortissimus heros,
Diuina pacis non minor arte fuit.
Instacia seruans, seruans probitatis, & aequi :
Iniusti vindex, nequitiaq; fuit.
Condidit & leges sanctas : murisq; locatis
Firmavit sedem, Roma deserta, tuam.
Quà Byzantinas angustat Bosphorus vndas,
Transfossus scriba concidit ense sui.

P. ANNIVS TACITVS, ET M.
ANNIVS FLORIANVS.

TACITVS vir grauis, singulariue eruditione,
 à Senatu Augustus est appellatus. Tunc enim pri-
 mūm Respub. velut longo postliminio, reducta, suo
 iure, ac iudicio vsā est. In Ponto militari tumultu
 cœsus, sexto mense imperij. Florianus Taciti frater
 germanus, imperandi cupidus, proprio motu, non
 Senatus auctoritate, quasi hæreditarium arripuit imperium :
 fretus solo hæreditatis titulo. Elapsis duobus
 mensibus, vigintiue diebus, Tarsi à militibus
 occisus est : qui audierant gubernationem imperii
 Probo commissam esse.

Poët Ducas interitum sedes deserta vacauit :
Cynthia dum sexto cornua mense parat.
Curia mox summos Tacito decrevit honores :
Qui vir amans recti, iusticiaq; fuit.

Consilijs



Consilijs rexit magnas sapientibus vrbes :

Doctrina clarus , iudicioq; grauis.

Inuidiam patitur virtus : sex mensibus actis,

Præuentus, liquit regia sceptra , nece.

Fratre sed extincto , rerum germanus habenas

Arripit, ad se quas iure venire putat.

Sed vix per geminos tenuit moderamina menses :

Exitio regni prava cupido fuit.

Cydnus vbi Tarsum gelidis interfecat vndis :

Opetiit miseram, conditus ense , necem.

V A L E R I V S P R O B V S .

A M I L I T I B V S electus, per Senatum confir-
matur. Ita se in imperio geslit : vt res ipsa nomen
sequeretur. Apud Syrmium tamen, vir acer, & iu-
stus, tumultu militari occiditur. Regni anno V I.
& M. I I I. Christi C C L X X X V I.

Imperium Probus, & vere Probus excipit orbis :

Militis electus voce, Patrumq; Probus.

Barbaricos armis compescit hic vndiq; motus :

Bellaq; componit vindice mota manu.

Marmaridas celeri sternit virtute rebelles :

Nilus vbi Pharios vber inundat agros .

Latrones pellit Carthaginis vrbe scelestos :

Cogit & Almannos vertere terga feros.

Finibus Hetruria Francos exterminat acres :

Occisoq; capit mœnia multa Duce.

Sauromatas domat expulsos hostilibus armis :

Bastarnasq; leues, indomitosq; Getas.

D 2

Quid



Quid loquar antique captam Ptolemaidis urbem?
 Quid Ioppen claram, Panphyliamq; sacram?
 Quid Gepidas, Drungosq; feros, Parthosq; fuga-
 Qui Ducas imperio succubuere Probi. (ces?
 Quid? quod Gantanos vicit quoq; fortiter acres:
 Marteq; Vandalici contudit hostis opes.
 Sed mala virtuti persoluit premia miles:
 Barbarico Princeps optimus ense cadit.
 Sic nihil est firmum terris: summisq; negatum
 Stare diu, nunquam summa timore carent.

C A R V S C V M F I L I I S C A R I N O E T N U M E R I A N O.

NARBONENSIS fuit: filios duos Carinum,
 & Numerianum Cæsares fecit. Ipse fulmine ictus
 moritur. Regnauit biennio. Numerianus Apri so-
 ceri sui fraude necatur. Carinus probris omnibus
 contaminatus, à Diocletiano victus, trucidatur.

Regia cum geminis Carus moderamina natis
 Suspicit: hec annos obtinet ipse duos.
 Sarmaticas gentes auerit Pannonis ora:
 Cædit & inuicta millia multa manu.
 Marte rebellantes Persas adoritur aperto:
 Tygridis ac leto fulmine castra facit.
 Dum Ctesiphontea hic duriter obsidet arces:
 Terribili moritur fulmine fusus humili.
 Filius exhalat miserando vulnere vitam,
 A socero cæsus Numerianus Apro.

Miles

*Miles at ultrici Carinum cæde peremit :
Quà Sardona maris littore celsa nitet.*

**DIOCLETIANVS ET MAXI-
MIANVS.**

A b exercitu Imperator electus Diocletianus : cū bellis vndique nascentibus solus tot periculis resistere non posset : Maximianum Herculium Augustū : Constantium verò & Galerium, Cæsares creat. Patis vndique rebus Diocletianus in oriente, Hercilius in occidente, valtari Ecclesiás, interfici Christianos mandant. Diocletianus deposito imperio, priuatus viuens, veneno perijt. Idem fecit & Herculius : qui infania mentis percitus, seipsum tandem interemit. Imperarunt hi duo cum ascitis reliquis annos xx.

Cum magnis fremeret terrarum motibus orbis :

Nullaq; pars mundi pace quieta foret.

Solus & hic esset reprimendis hostibus impar :

Te socium sceptris Maximiane legit.

Præficit ac Gallis, quos bello vicit, & arma

Compulit audaci ponere sumta manu.

Ipse sed Aegypti cum classe profectus ad urbes :

Inuasit Persas, Marte fauente, truces.

Victor Achilleum, capta Mareotide, seiuus

Implacidas iussit dilacerare feras.

Ambo crudeles, violentis cædibus ambo,

Christicolas odio detinuere malo.

Quos insectantes grauiter crudelibus armis,

D 3 Mactan-



*Mactandos rabidis sâpè dedere feris.
Spontè graues annis, & regni pondere fessi,
Officij partes deseruere sui.*

Romanum Imperium in Orientale & occidentale diuisum.

GALERIVS ARMEN TARI V S
ET CONSTANTIVS CHLORV S.

ABDICANTIBVS se ab Imperio Diocletiano, & Herculio, Imperium suscipientes, prouincias inter se sunt partiti. Galerius Cæsares duos legit, Maximianum & Seuerum. Huic Italiam obtinendam : illi Orientem attribuit : Illyricū ipse retinuit, Constantius Eboraci moritur. Seuerus Rauennæ occiditur : cui Licinius suffectus, à Constantio, bello victus trucidatur. Galerius propria manu occubuit, Maximianus apud Tharsum miserissime perijt,

*Suffecti regnis, magno turbante tumultu,
Gesserunt auibus plurima bella bonis.
Contentor superum, belloq; Galerius asper,
Indut in Persas arma cruenta feros.
Fortiter hic Narse Persarum Principe victo
Fraudibus Armenios, viq; subegit agros.
Exitium Christi dirum meditatus alumnis :
Gestijt indigna tollere cede pios.
Nemo diu felix ausis fuit impius : ager
Ipsum se gladio conficit, atque necat.
Inlytus at belli Constantius arte, togæq; :*

Chri-



Christiadum portus, perfugiumq; fuit.
 Exuit infestis Alemanno strenuus armis :
 Ingressus fines, Rhetia clara, tuos.
 Excisis Francos compescuit vrbibus acres :
 Belgarum domito cœpit & hoste solum.
 Post bello rediens præclaram condidit vrbem.
 Quà Nemetum letos Rhenus oberrat agros.

SEVERVS ET MAXIMI-
ANVS.

Mole fatigatus rerum, regniq;, Galeri
 Affiscis socios hos truculente tibi.
 Italia placidus moderatur frena Seuerus :
 Inflacia custos, & probitatis amans.
 Is dum ciuiles tentat sedare tumultus :
 Obsider ac Romæ milite tecta suo :
 Concidit indigno confossus militis ense :
 Quà Rauenna iacet diuine leta solo.
 Alter at insignis belli virtute : sed atrox
 Cædibus, afflixit viq;, dolisq; pios.
 Confessosq; fidem poscens cum sanguine pœnas :
 Sæuijt in cætum, maxime Christe, tuum.
 Non habet in superos humana potentia vires :
 Impia crudeli funere turba perit.
 Ipse suo rabidum condens in pectore ferrum,
 Impietate sua præmia digna tulit.

MAXIMIANVS.

D 4 DAZA



Daz a appellatus, ex sorore Galerij Armentarij progenitus : ab eodem cum Seuero adoptatus, Cæsarque creatus. Ei orientis gubernatio commissa est. Vini audiōr fuit. In oriente contra Christianos maximē deseuit. Cum verò res nouas contra Licinum rupto födere moliretur : cum filijs, quos socios imperij assumserat, oppressus Maximianus, colonorum turbis se immiscens, in agris latuit, ne viuuus caperetur. Postea phthiriasi inter seuos cruciatus periret Tharsi : cum examina vermium ei in inguinibus nata essent, anno imperij v i i.

*Impius hic, mentisq; ferox, & spretor honesti,
Accipit Eoi regna tuenda soli.
Pronior in Venerem, luxus studiosior : orbem
Stupris ferme suis perdidit, atque mero.
Fortis in imbelles, & Christi nominiq; hostis :
Assultu catus vrget atroce pios.
Mortis & ad rigide crudelia funera raptat :
Mortis qui pœnam non meruere pati.
Cæsus at hinc sensit diuinæ robora dextræ :
Exitioq; gravi facta nefanda luit.
Cum natis Tharsi victus, propè flumina Cydri,
Inguine consumptus vermiculante perit.*

MAXENTIVS.

Filius Maximiani Herculei, ex Eutropia Syra. Is à Prætorianis, sénatus consensu, Imperator dictus, coepit premere Romanos. Bonos & claros viros occidit, bona diripuit : noua vēctigalia inuenit : omniq; generi libidinum deditus fuit. Eam ob causam



causam Constantinus Magnus, contra eum à senatu euocatus ex Gallijs fuit; vt à tyrannide vrbeam libaret. Maxentius circa pontem Mulvium superatus, absorptus est in gurgitibus, Imperij sui anno sexto.

Fascibus imperij Maxentius inde potitus,

Ingenio prauus, viribus acer homo,

Scaurus in infantes, cives truculentus in omnes:

Quorum diripiuit sanguinolentus opes.

Imposuit Latiae noua vestigia genti:

Exhaustus suis tradita regna bonis.

Irrisor Christi, pietatis maximus hostis,

Indigna presit conditione pios.

Supplicijs illos misere mactauit acerbis:

Et cœcus furijs, & feritate malus.

Nemo pios lasit cœtus impunè, Deumq;

Mole sua tandem vis scelerata ruit,

Imiſus populo, bellum moturus in hostem,

Submersus rapido Tybridis amne perit,

LICINIVS.

IN DACIA parentibus agricolis natus, extrema pueritia militauit: promotusq; tribunus militum, bello contra Narsemi optimè se gescit. Ob id Galerio Imp. carus fuit: & ab eodem ad societatem imperij assuntus. Homo admodum asper: vitio avaritiae, & libidinis omnino deditus: literis adeò infensus: vt eas venenum, & pestem Reipub. nominaret: Christianis infensissimus. Vnde Constantinus bellum illi intulit: in quo Licinius superatus officio deponitur: & cum tum etiam quiescere non

D 5 posset:



posset: Thessalonice à militibus vita quoque pri-
uatur.

Dacus, & abiectis ortus natalibus, arte

Militiae primo tempore clarus erat.

Cæsaris hinc titulos, & maiestatis honorem

Nactus, auaritia cœpit amare malum.

Mater auaritia est scelerum: qua pabula præbet

Innumeris vitijs, innumerisq; malis.

Plenus scutis, tetricisq; libidine feruens:

Sumfit crudeles in sua membra manus.

Ingenuas artes odit cane peius, & angue:

Perniciem solitus dona vocare Dei.

Contemtor superum, veræ pietatis amantes

Torturis vrſit, supplicijsq; malis.

Occidit infelix inopina cæde peremptus:

Thessalis Aegeum quid tenet ora mare.

C O N S T A N T I N V S M A G N V S.

CONSTANTIO patre mortuo, magno militū
fauore, Imperator est salutatus. Qui ex Gallia euo-
catus à senatu, ad urbem Romanam exercitum Maxen-
tij planè concidit: deinde Licinij prælio vicit, &
in fugam coniecit. Sub hoc tandem Principe Chri-
stiani à Tyrannis antea oppressi, nonnihil respirare
cœperunt. Qui cum eslet augenda Christianæ rei
cupidus: multas Basilicas extruxit: quas & liberali-
ter dotauit. Imperij sedem Constantinopolim tra-
duxit: à Syluestro Romano Pontifice, sacro fonte
lotus. Nico mediz diem obiit, an. Chr. c c c x l i.
Imperii x x x i i. minus duob. mensibus. Aetatis
l x v i.

Inclita



Inclita cui meruit Magni Constantia nomen,
 Maximus & factis, & pietate fuit.
 Sustulit infensos diuini nominis hostes :
 Promovitq; sacrum religionis opus.
 Praestit ac verum Christo pietatis honorem :
 Indulgens studijs, nocte dieq;, sacris
 Sauromatas viridi sauos deuicit in euo :
 Atque Catenati contudit arma Ducas.
 Inuictas sensit vires Maxentius asper :
 Qui vitam rapidae turbine liquit aquæ.
 Ille simul fregit feruentem cæde piorum :
 Cui fuerat thalami fædere iuncta soror.
 Restituit leges populi feritate sepultas :
 Iura simul populis condidit æqua suis.
 Nobile Bizanti nomen mutauit, & vrbum :
 Marmor vbi pulcrum conditus ipse tenet.
 Iam senior sacri lustratus fluminis vnda,
 Completus placido fata suprema die.

CONSTANTINVS, CONSTANS ET CONSTANTIVS.

Filii Constantini Magni : cum quibus & Dalmatius Cæsar Patruelis imperauit, tumultu militari occisus. Constantinus contra fratrem Constantem inconsulte dimicans occiditur. Constans fraude Magentij interficitur. Constantius apoplexia est extintus. Regnarunt annos x x i i i.

CONSTANTINVS.

Post



*Poſt patris interitum, ſupremaque funera, cefſit
 Fratribus, imperij ſumma, decusque tribus.
 Illis inceſtit belli discordia nutrix :
 Quæ rabida ſuasit ſumere tela manu.
 Inuidie ſtimulis, regnique cupidine cœcus
 In fratrem natu maximus arma capit.
 Oenotriasp; petens numeroſo milite terras,
 Conſeruit ſeuia prælia dura manu.
 Ille ſed aduersi fractus certamine Martis,
 Reflextit proſugum dum ſine laude pedem :
 Vulneribus moritur miſere confectus acerbis :
 Qua legit in Carnis vrbe Timauis aquas.*

C O N S T A N S.

*Bella laceſitus cum fratre domesṭica gesit :
 Quem vicit forti, perdomuitque manu.
 Poſſidet Italiam vindex, & Gallica regna :
 Strenuus hic primum, iuſtus, & equus erat.
 Inde voluptates minime ſectatus honestas :
 Sauit in ciues mente feroce bonos.
 Ergo fessa leuat dulci dum membra ſopore :
 Caſtreñi, mortem, fraude peremptus, obit.*

C O N S T A N T I V S.

*Fratribus occisis tenuit Constantius orbem :
 Non virtute minor, vel pietate patre.
 Agmina crudeles armauit fortis in hostes ;*

Fratriſ

Fratris & est vltus vindice Marte necem.
 Bis dominus, sauis Magnentius efferus armis,
 Mandauit turpi terga relicta fugae.
 Victus & inuidia longa, famæq; pudore,
 Induit impatiens mox latus ense suum.
 Spe regni falsus, tituliq; Decentius æstu,
 Implicitus strictam fune tenace gulam.
 Gallus cæde ferox, & summis improbus armis
 Dum supra nomen Cæsar is alta sapit.
 Exutus sceptris, rigido transfigitur ense :
 Quem socium regni fecerat ante sui.
 Infecto Persas bello violenter adortus,
 In patriam flectit dum rediturus iter :
 Febre diem claudit summum torrente perustus,
 Aërijs Taurus quâ ferit astra iugis.

I V L I A N V S.

A P O S T A T A cognominatus, Constantij patru
 elis, Galli frater, subito militum fauore Imperator
 est salutatus. Callidus fuit Christianorum persecu
 tor. Præmiis enim, & honoribus, & persuasioneibus,
 multos ad Idolorum deflexit cultum. Sunt qui scri
 bunt, hunc sagitta ex incerto missa transfixum : ma
 nibusque in coelum extensis clamasse, Vicisti Galilæe
 (Christum significans) viciisti. Regnauit solus an
 num, & mensis septem : cum antea à Constantio
 Cæsar dictus, collega eius fuisset sexennio. Anno
 Christi CCC L X V I I .

Felix ingenio, iuuenili strenuus auo,

Vt libus



Vtilibus studijs pectora prompta dedit.

Assertor veri, diuini tutor honoris,

Ingenua coluit mente, fideq; Deum.

Perdomuit bellis Alemanno fortiter acres :

Argentina iugo quà populoſa nitet.

Obsidione premens Vbiorum mœnia cinxit :

Francorum vires fregit, & arma Ducum.

Pòst factus vera fidei defector, & hostis,

Effinxit falsos pro ratione Deos.

Sacra Dei factis violauit, & ore profano :

Miscuit occultis vim, rabiemq; dolis.

Ense simul, calamoq; pios afflixit, & astu :

Insultans probris, supplicijq; feris.

Non tulit hoc scelerum vindex, vltorq; malorum :

Pro meritis tribuit præmia iusta Deus.

Prælia dum Persas atrox instaurat in hostes :

Affyrios late depopulatus agros :

Lethifero fossus sua per præcordia telo ,

Sensit se iusti sanguinis esse reum :

Eripiensq; manu ferrum, spargensq; cruorem,

Vicii tandem me Galilæe, referr.

Sic memorans sparsò fudit cum sanguine vitam :

Iuit & ad stygias morte solutus aquas.

I O V I N I A N V S.

Ab exercitu Imperator electus, non prius profi-
teri Imperatoris nomen voluit : quam omnes con-
clamarent, Christianos se esse. Cruditate stomachi,
fue

R O M A N I .

61

siue retro prunarum odore moritur. Vixit in imperio menses septem. Mortuus anno Christi ccc. L X V I I I .

Deditus impense studijs Iosianus honestis,

Eloquio valuit, consilijq; bonis.

Marte potens, verum Christi defendit honorem:

Nec ficta coluit simplicitate Deum.

Fædera cum Persis pepigit socialia pacis:

Tygridis his iterum mœnia capta dedit.

Pacauit motos de religione tumultus:

Exilio reuocans, supplicijq; pios.

Dispersas vexit Musas ad prisina rursus:

Aereg; ditauit, muneribusq; nouis.

Septima vix pleno Phœbe recreuerat orbe:

Prunarum tetro Iesus odore perit.

V A L E N T I N I A N V S I . E T

V A L E N S F R .

M I L Y T V M omnium consensu Imperator creatus, Christianæ pietatis cultor: Valentem fratrem, in imperii confortem accepit. Ipse apoplexia moritur. Valens Arrianus, Christum persecutus, à Gotis cōcrematur. Tenuerunt imperiū annos x i i i i . Defuncti anno Christi c c c l x x x i i .

Ascivit regnis fratrem, par cum foret unus

Summis Cæsaribus, principibusq; viris.

Threicis Gottes animosos expulit oris:

Altus vbi Nefi despicit Hæmis aquas.

SAXONAS



Saxonas infestis fortes compescuit armis :

In celerem vertit Parthica signa fugam.

Defenditq; pijs pacem, pietatis amator :

Amplexus verbum, maxime Christe, tuum.

Edomitis Quadis, febris consumitur astu,

Commendans nato regia sceptralia suo.

Morte valens obita fratrib; dum tristibus urget

Cladibus, ac letho tollit ubique pios.

Imprudensq; Getis occurrit Marte feroce :

Victus ab his acie, moxq; crematus obit.

GRATIANVS CVM FRATRE VALENTINIANO II.

FILIVS Valentiniani, religione clarus, militia strenuus : Poëta & orator haud vulgaris. Italiam ab Ariana labé purgauit, & ad veram Christi fidem redigit. A Maximo, in Britannia Tyrannidem occupante, interfectus. Fecit Gratianus confortem imperij Theodosium : cum quo annos quatuor regnauit : cum antea cum patre annos octo, cum patruo tres regnasset.

Filius imperij viuo Patre sumfuit habendas :

Natus ut etatis vix tria lustra fuit.

In partem regni, partemq; vocavit honorum

Fratrem, qui patris nomina clara tulit.

Iuris amans, timidusq; Dei, Christiq; professor :

Artes excoluit, non sine laude, bonas.

Sustulit ex adlytis idola nefanda Deorum :

Collapsas annis restituitq; scholas.

Tunc



Tunc Alemannorum funesta strage cateruas

Non procul à ripa contudit, Elle, tua.

Securus regni, dum spicula curat, & arcus :

Teq; suis presert, fortis Alane, viris :

Occidit infida Gallorum praesidis arte :

Qua Rhodanum tardis flexibus intrat Arar.

THEODOSIVS PRIMVS
ET MAGNVS.

HISPANVS, vir fuit clarissimus : à Gratiano
focius, ac imperij comes electus. Multis, varijsque
praelijs Gottos affixit : singularique confilio, & cele-
ritate vsus, Maximum occidit. Ipse apud Mediola-
nuni diem clausit. Anno Christi cccc. Imperij
xvii, in quo fuit solus, & cum alijs.

Iusticia, pietate, fide, virtuteq; belli

Maximus, ex merito nomina tanta tulit.

Effictos sacris cultus detrusit ab aris :

Templaq; disiecit funditus alta Deum.

Aera stipis sacrae veros conuertit ad vsus :

Tutatus leges, optime Christe, tuas.

Mollit innata leges bonitate seueras :

Sontibus infestus, supplicibusq; bonus.

Sustulit ac toto grassantes orbe tyrannos :

Auxilio pugnans, praesidioq; Dei.

Pugnaces Gottos, & alacres vicit Alanos :

Pacauit Rhetos, edomuitq; Scythes.

Hunnus equis pacem versis clamauit : & arma

E

Horruit



Horruit euicta ducere sumta manu.

Eugenius vitam submissa voce rogauit :

Quamuis hic rabie, flagitijsq; ferus

Lustra decem numerans vita feliciter aet&ae,

Insubrum celebri clausit in vrbe diem.

Pœna velut scelerum comes est immota malorum :

Virtuti suis haud sic abolescit honos.

ARCADIVS ET HONORIVS.

FILII Theodosij, paribus auspicijs, diuisis tantum sedibus imperarunt. Arcadius enim orientem: Honorius occidentem gubernabat. Arcadius Constantinopoli moritur, Imperij anno x i i i. Honorius vero correptus hydrope vitam finiit.

Roma à Gottis Alarico Duce capta est, Anno Domini ccccxii.

Imperio nati viridi potiuntur in auro :

Cum nondum sceptris aptus vterq; foret.

Auroram regit Arcadius, Nabathæaq; regna :

Ruffinus Tutor cui datur, atq; parens.

Qui cum regnandi caco flagraret amore :

Sollicitat crudii perfidus arma Getae:

Extorquere metu cupiens regalia sceptra :

Perfidia pœnas mox tamen ille dedit.

Sanguinea miles caput à ceruice reuulsus

Affixit portis, ludibrioq; dedit.

Caianus scelerum consors, & fraudis iniquæ,

Supplicio meruit premia digna pari.

Occiduum



Occiduum verò moderatur Honorius orbem :
 Additus huic Stilico tutor , & auctor erat.
 Contudit Afrorum, cæso Gildone, cohortes :
 Augusta faciens prælia dura manu.
 Tunc vbi Dux Latias rumpens Alaricus in oras,
 Vastatis Roma mœnia cœpit agris.
 Subdidit ac fortés Stiliconis fraude Quirinos :
 Quem sua cum nato pœna secuta fuit.

THEodosius II.

ARCADII filius. Honorij patrui morte com-
 perta, Valentinianum amitæ filium, Cæsarem crea-
 tum, ad regendum Occidentis imperiuni misit : vbi
 à milite confossum interiit. Theodosius Constanti-
 nopolis (in oriente enim imperabat) diem obiit. Fuit
 princeps eruditus, firmus in doctrina symbolorū, &
 verae religionis studiosus, paci'que amantissimus.
 Anno Christi cccc x x . Imperij x l i i . Actatis
 l i .

Iunior Eoi rector Theodosius orbis,
 Aurea defuncto frena parente capit.
 Pacis, & armorum felix excelluit arte :
 Siue domi faceret prælia, siue foris.
 Pace domi facta sibi iunxit fædere Gotos :
 Duxit & in Persas, arma virosq; truces.
 Hinc contra Parthos direxit tela fugaces :
 Milite quos fudit, perdomuitq; suo.
 Resistit infestis Hunnis : belloq; subactis
 Indixit leges cum pietate nouas.



Inde domum rediens, pacatis vndiqu, terris,

Pace sub augusta tempora longa regit.

Pacis amans, cultor studiorum, tutor honesti,

Non vi peruerit iura, fidemqu, dolis.

Munij vitibus subiectas legibus vrbes :

Artibus ingenuis tempora multa dedit.

Sincere peragi curauit munia templi :

Plantator fidei, Christe benigne, tua.

Mortuus hinc placide, regni maturus, & avi,

Illatus tumulo patris, autqu, fuit.

V A L E N T I N I A N V S III.

N E P O S Arcadij, & Honorij ex sorore Placidia.
Tempore Honorij pulsus ex Italia, vna cum matre,
& sorore, ad Theodosium Constantinopolim perue-
nit. Ab eodem post mortem Honorij remissus est
in Italiam, ad gubernationem occidentis. Ab eo
tempore praefuit imperio annos x x x. Nam à suis
commilitonibus Romæ confosius perijt, anno Chri-
sti CCCC L I I I I.

Tertius Hesperias hoc rexit nomine terras :

Dissimilis studijs, ingenioqu, patri.

Huic datus hærebat custos, moresqu, regebat

Aetius, arte potens, militiaqu, bonus.

Agmina qui fregit vietru Gotica dextra :

Qua celeri spumans amne Garunna fluit.

Attila deuidus, magna cum clade suorum,

Supplice tunc petijt voce salutis opem.

Mæchus

Mæchus at ille Magusq; furensq; libidine tetra,
 Improbus exercet multa nefanda domi.
 Immemor officij (scelus) ingratusq; salutis
 Auctorem, iugulat suspicione sue.
 Sed non euasit meritas hoc crimine poenas :
 Ipse cadit rursus militis ense sua.
 Funditus hoc perijt collapsum Casare regnum :
 Inuasit Francus Gallica regna ferox.
 Bella Caledonijs mouit fera Saxo Britannijs :
 Anglorumq; recens nomen habere dedit.
 Barbarus Europam vaſtauit cedibus Hunnus :
 Subdidit immitti regna Latina iugo.
 Vandalus Aſoniam, depulſis ciuibus, vrbem
 Cœpit : & hinc preda mœnia capta dedit.
 Sæpe mali culpam pendit Republica regis :
 Sic mulctat vindicta improba facta Deus.

MARTIANVS.

HVMILI genere natuſ, Orienti præficitur, fa-
 uente Pulcheria, Arcadij filia. Arma nunquam, niſi
 prouocatus, mouit. Quietis amator, quietum ori-
 entem habuit: fuorū conſpiratione peremptus. Im-
 perij anno ſexto, mense ſexto.

Roma à Vandaliſ Genſerici regis ductu capta eſt,
 & direpta, anno cccclvi. Anno Martiani ter-
 tio inchoata eſt ædificatio vrbis Venetæ, in ſinu ma-
 ris Adriatici. Quæ vrbis singulari felicitate adeò cre-
 uit: vt multis ſeculis vnica vrbium regina in toto ge-
 nere humano fuerit: antecellens cæteris omnib. for-
 ma gubernationis optima, excellentia artium, & glo-
 ria rerum geſtarum.

E 3 Pul-



Pulcherie suasu, regni, rerumq; potitus,
Pacis amans sancta, iusticieq; fuit.

Dum fas pace frui, temere non induit armæ:
Marte licet magnus, militiaq; foret.

Vandalicos isto sedavit fædere morus:

Pacauitq; data Parthica regna fide.

Illacis Heneti quo tempore sedibus acti,
Adriaci fluctus incoluere maris.

Firmaq; iecerunt urbis fundamina celsæ:

Vndiq; quam Nereus spumeus ambit aquis.

LEO PATER ET FILIVS.

PRIMVS ex Græca natione Leo in locum Martiani suffectus. Statim filium suum eiusdem nominis Augustum creat: qui non ita multò post graui morbo oppreslus, Zenoni imperium reliquit. Anno Christi CCCC LXXXIX. Imperii x vii.

Post hos Eoi moderamina suscepit orbis,
Diuina pacis nobilis arte, Leo.

Primus hic è Græcis regno suffectus, amator
Iusticie, legum, religionis erat.

Exosus cultus, mentitaq; sacra Deorum:
Obtulit æterno candida vota Deo.

Iuraq; constituit ciuilis vincula vite:

In miseros largus, munificusq; fuit.

Galica tunc magno fremuerunt regna tumultu:
Diuersis Franco bella gerente locis.

Capta Quirinalis populatus mœnia Roma:

Diripuit

Diripuit magnas Vandalus urbis opes.
 Templaq; diffusis absunt splendida flammis :
 Ac rigido paſsim funera Marte dedit.
 Subdidit & veteres Tyriæ Carthaginis arces :
 Bugrada quâ vitreas fundit in æquor aquas.
 Campanos vastans ferro, flammaq; colonos,
 Vrbibus innumeris tristia dama dedit.
 Funesto fremuit quoque dunes Iberia bello :
 Vertit in hanc Gottus tela cruenta ferus.
 Pannonios duris affixit cladibus idem :
 Barbaricum quævis pertulit ora iugum.

Occidentis Imperium, hoc tempore à varijs Ty-
 rannis occupatum, in Augustulo tandem defecit, an-
 nis cccc x x x. Itaque qui sequuntur, usque ad Ca-
 rolum Magnum, orienti solùm præfuerunt.

LEO II.

LEONIS I. nepos, ex filia Ariadna, ab eodem
 successor imperij constitutus est. Administratio eius
 fuit breuissima, propter aduersam corporis valetudini-
 nem. Patri suo Zenoni, nouo exemplo pietatis, nou-
 dum claps anno imperij, diadema imperiale suis ma-
 nibus imposuit : patremque pro se Imperatorem fe-
 cit.

Regia commisit Primus Leo frena nepoti :

Insignis studijs , arteq; pacis auis.
 Fractus is aſſiduis morbis, iuuenilibus annis
 Cæsareo dignum gesit honore nihil.
 Sol semel emensum nondum confecerat orbem :
 Morte suum clausit cum properante diem.

E 4 ZENO



ZENO.

ISAVRICVS, humilibus parentibus natus, humili, & incognita villa : moribus & vultu deformis, Imperauit non vt Augustus, sed vt Tyrannus. Constantinopoli vitam finiuit. Anno Christi cccc. xciiii. Imperij xvii.

Filius imposuit capiti diadema parentis :
Cæsareaq; dedit sceptra tenere manu.
Expulit hic forti Basiliscum milite scuum :
Qui regni princeps seditiosus erat.
Bis vicit iustis Odoacrem contudit armis :
Sedauit motus, composuitq; domi.
Non foret hic vlli regum virtute secundus :
Sanguine iustorum ni maculasset humum.

ANASTASIVS PRIMVS.

DICORVS, imperium à patre Zenone per manus accepit. Malo, vt credi par est, genio actus, in diuinis præcipit nō trinitatem, sed quaternitatē adorandam esse. Ictus fulmine occubuit. An. Chr. dxxxii. Aetatis lxxxviii. Imperij xvii. m.iii.

Fudit Anastasius duros violenter Ifauros :
Qui loca sub Tauri vertice montis arant.
Versaq; bellaces Parthos dare terga coëgit :
A quibus aduerso Marte petitus erat.
Fortiter infestis Cabadi dum restitit armis :
Persica qui tenuit regna potente manu :
Sæpius Assyrios repleuit cædibus agros :
Inclyta dum captio Rege trophya tulit.

Exilio



Exilio iustos dum multat atroce : pioſq;

Lædere, commota ſeditione, ſtudet :

Fulminis afflatus diuini concidit iictu :

Impietas poenar ſemper iniqua dedit.

IVSTINVS PRIMVS.

THRA X fuit ignobilis : à teneris annis ſuum cu
ſtos, deinde boum : pōſt lignarij cuiusdam minister :
Orthodoxæ fidei cultor obſeruantissimus, Iuſtinia-
no conforde imperij facto, quarto pōſt mense deceſ-
ſit : Anno Christi d x x v i i i. Imperij v i i i.

Missus in imperium tenui Iuſtinus ab agro,

Compensat meritis, & pietate genus.

Qui modò ſectatus gelidis in vallibus agros,

Atque boues fuerat, ſetigerasq; ſues :

Ardua conſcendit ſummi faſtrigia regni :

Proq; pedo vili ſplendida ſceptra gerit.

Ille fide magnus, nulli pietate ſecundus,

Aeterno fecit ſplendida ſacra Deo.

Protexitq; Dei veri documenta professoſ

Contulit in dignos munera digna viros.

Fœdera tranquillæ tutatus commoda pacis,

Obſeruans equi, iuſticiaq; fuit.

Inuidit Lacheſis : mature ſtamina rupit :

Ingressus regni vix vbi limen erat.

IVSTINI ANVS I.

IVSTINI primi ex foore nepos. Reparādo im
perio, vbi factus Imperator eſſet, animū admouit: ho



stes multos deuicit. Romanarum legum immensam
congeriem, in breuiorem redigit formam: superuacua
& inutilia ressecans. Tandem morbo affectus, non
bene sana mente decessit. Anno Christi D L X V I.

Regni x x x v i i i .

Roma à Gottis Totila rege capta, direpta, incēsa,
mœnibus & habitatore nudata est.

Flavius Imperij sublimi sede locatus :

Maximus armorum, maximus arte toge :

Indomitus fortis represit milite Persas :

Euphrates pingues hic ubi findit agros.

Armaqz Vandali fregit grassantia regis :

Feruida qui Lybica cœperat arua plage.

Oppida subiunxit capto sub regna Tyranno :

Fundit ubi Triton vastus in æquor aquas.

Ruraqz Parthenopes in festo milite presit :

Occiso cœpit quæ spoliata Duce.

Ausonia Totilam vastantem mœnia Romæ

Contudit hostili, supposuitqz, manu.

Regnaqz declini iam stantia sorte refecit :

Ac iustis armis in fera bella ruit.

*Hostibus ex omni represis parte : sacra*s**

Muniuit iuris dexteritate forum.

Composuit facilis dispersas ordine leges :

Obtinet eterni nominis unde decus.

Ingenti flagrans vera pietatis amore,

Erexit vero splendida fana Deo.

Fine diem placido clausit, iam tardior ævo :

Confessus pura te, bone Christe, fide.

IUSTI-



IVSTINVS II.

IUSTINIANUS ex filia nepos, Aui in nulla re similis. Cum totus avaritiae inhereret : libidine habendi in insaniam versus, pedumque dolore grauiter laborans, obiit mortem. Ano Christi D LXXXVII. Imperij XII.

Iustinus patrie virtutis degener heres,

Iniusti meruit nomina digna Ducas.

Desidia regni curam neglexit, & equi :

Innumeris vitijs frenaque, laxa dedit.

Cecus avaritiae stimulis, & cecus honore :

Perdidit immensas luxuriosus opes.

Martino Persas vicit Duce : menteque, captus,

Et morbo longo debilitatus, obit.

TIBERIVS II.

AIVSTINo per adoptionem in filium, & regni heredem suscepimus : in quo ea fuerunt ornameta, quae in optimo Principe desiderantur. Potissimum erga pauperes liberalis fuit : ob id largis à Deo donatus opibus, bona pace quieuit. Mortuus anno Christi D LXXXI. Imperij VII.

Pace domi, foris ense Tiberius inclitus Heros,

Extendat factis fortibus imperium.

Instinctus studiosus, amans bonitatis, & equi :

Oso avaritiae, luxuriæque, fuit.

Munificus, mentisque, paternæ notus in omnes :

Quorum certa fuit cum probitate fides.

Intra-



Innumeras hominum sicut uirtus ceteras :

Muneribus, pleno largior imbre, suis.

Auxit opes illi Deus, & dona ampla rependit :

Thesauros multos, multa trophya dedit.

Deuicit Persas ; deuictos fortiter hostes

Vestigit, & latos iussit abire domum.

Imperijs genero mox successore creato,

Morte domi placida fata supra mea tulit.

M A V R I T I V S .

CAPPADOCIA fuit, à Iustino, cuius Notarius erat, præfectus vigilum factus : inde Tiberij gener. Dum militibus ob nimiam auaritiam, stipendia aut nulla, aut rara daret : ab illis est iugulatus. Anno Christi D C I I I I . Imperij x x .

Mauritio virtus, memorandis clara triumphis,

Cæsaris emeruit nomen, opesq; Pyj.

Ille manu fortis, nec vinci conscius armis,

Multa sub assiduo Marte pericla tulit.

Bis vicit Persas, auares repressit, & Hannos :

Contundit ac Gepidas, edomuitq; Scythas.

Quam nihil in terris ex omni parte beatum est :

Cogitur infelix tristia multa pati.

Millia captorum perdit duodena virorum :

Quos auarum cœpit rex violente manu.

Victus auaritia, nimium dum diligit aurum :

Nec redimit captos victus ab hoste suos :

Amittit populi, mutata forte, fauorem :

Exiit

Exiuit regnis, exilioq; datur.
 Cæduntur nati, natq;, pudicq; coniunx:
 Post vitam perdit, cœfus & ipse, suam.

P H O C A S .

A b exercitu Imperator creatus, magnam spem
 iniitio de se præbuit: sed omnes fecellit opinio. San-
 xit ille urbem Romanam, cuiusque Episcopum, totius
 eccl Ecclesiae caput. A coniuratis obtruncatus. An.
 Christi D C X I I . Imperij V I I .

Nomine, reg; fuit Phocas, sceleratus adulter:

Sæuitia, stupris, nequitiaq; malus.

Ille ferox mentis, temulentus, auarus, iniquus,

Innocuos rabido sustulit ense viros.

Coniugibus raptis temeravit sacra marita:

Expilator opum, luxuriaq; parens.

Hofibus ingentem vajstandum præbuit orbem:

Dum stabilit fastus, Romule Papa, tuos.

Hinc Perses, illinc populatus cædibus Hunnus:

Imperium miseris pressit yterg; modis.

Nemo malus felix: mutilatus membra, sceleste

Promerita vita crimina morte luit.

H E R A C L I V S .

A S E R G I O Constantinopolitano Pontifice
 diadema sumit: eodemque die Fabiam Eudoxiam
 duxit vxorem. Deuictis Persis, crucem dominicam
 Ierosolymas reduxit. Periit hydrope, Anno Christi
 D C X L I I I I . Imperij x x .

Patricia



Patria de gente satus, pietatis amator
 Fortis, & eterni cultor, amansq; Dei.
 Cultores Christi, diuino concitus astro,
 Protexit tuta per mala mille manu.
 Infregit bello Persarum vindice vires :
 Impositum domitos ferre coegerit onus.
 Rege simul capto, Syria, Solymisq; receptis,
 In cruce victor ouat, Christe benigne , tua.
 Tunc Arabum primus Mahometes agmina duxit,
 Hei nemis imperij perniciofa bonis.

CONSTANTINVS III.

FILIVS fuit Heraclij ex Fabia vxore, regnum a
 patre accepit. A nouerca Martina, quam pater Fabia
 mortua duxit, veneno sublatu, sexto mense imperij.

Filius hic regni patrio successit honori :
 Qui virtutis amans, & pietatis erat.
 Iuris, & aquarum legum sanctissimus auctor :
 Imperi quondam fama futura sui.
 Inuidit sors dura bono, fauitq; scelētis :
 Cæsarea paruo tempore rexit opes.
 Præceptura suo nato regalia sceptrā,
 Toxica priuigno dira nouerca dedit.

HERACLEONAS.

HERACLI ex Martina filius : Cōstantino sub
 lato, cū matre imperij arripuit. Senatus, populusque
 Constantinopolitanus, cognito scelere, in Martinā,
 Hera-

Heracleonamque confurgens: huc naso, illa lingua
mutilatam relegavit, non toto biennio regnatis.

Sceptra manu trepida, nec longo raptata tenentur

Tempore: successu via truculenta caret.

Deiicitur regno cum matre, iubente Senatu:

Annos cum nondum rexit vterq; duos.

Exilio pulsi coguntur vincula ferre:

Hic vbi Cappadoces ditia rura colunt.

Naribus abscessis perit alter, & altera lingua:

Sic punire solet facta nefanda Deus.

CONSTANS II.

A S E N A T V Constantinopolitano, sine militibus, Princeps est electus. Homo fuit auarissimus: omnia ferè ornamenta vrbi, & Ecclesijs Romanis subtraxit. Syracusis in balneo à suis occisus. Christi anno D C L X X . Imperij x x v i i .

Moribus à Patris Conſtans alienus, Aniq;

Conſequitur regni Caſar ineptus opes.

Impius in fratrem, quem dira cæde trucidat:

Errorumq; tenax, & feritatis amans.

Plurima diuersos regni molitus in hostes,

Nil profecturis induit arma viris.

Quippe Saracenum frust: a pugnauit in hostem:

Ac preter clades nil tulit, atque fugam.

Fusus & à Longis facuo certamine Bardis,

Tantum non patitur vincula dura miser.

Inuisus tandem populis, Ducibusq; tumultus

Dum



Dum propria cæcos in ditione mouet :
 Dum Latium paſim vastat prædator, & vrbem :
 Ac miseriſ captos cædibus implet agros :
 Trinacris in thermis, oppreſſus fraude ſuorum,
 Fusus aquis, vitam finit, & imperium.

CONSTANTINVS III.

PATERNAE cædis auctorem Mezentium, à
 miltibus Imperatorem factum, oppreſſit. Legem tu-
 lit, vt quem iam inde clerus, populusque Romanus
 cum exercitu Pontificem crealent : is verè vicem
 Christi in terris gereret. Mortuus anno Christi D C
 LXXXVII. Imperij XVII.

Marte Saracenos dormuit viçtore rebelles
 Patre magis felix filius, atq; bonus.
 Illi septenos terraq;, mariq; per annos
 Eoas fuérant depopulare plagas.
 Quos intra fines residere coëgit : & arma
 Deuicta iuſſit ponere sumta manu.
 Bulgariae gentes victus ſibi fecit amicas :
 Reddiuit his partem conciliatus agri.
 Pacatis regnis placide diſceſſit : at hæres
 Filius Imperium Iuſtinianus adit.

IVSTINIANVS II.

FILIVS Constantini, à ſucceſſore imperio de-
 iectus, ac truncis naribus exulatum in Pontum miſ-
 ſus : dehinc vi, & armis à Bulgarorum rege in impe-
 rium reſtitutus. A Philippiço tandem p̄cilio victus
 eſt, &



est, & imperfectus. Præfuit annos decem ante exilium : deinde restitutus, sex annos.

Irrequietus, & infelix, truculentus, & asper,
Sceptra domi, viuo Patre, tenenda capit.

Contusis Arabum Lybiam sibi subiugat armis :
Et ius pacato fundat in orbe suum.

Cesareum primò denos ius obtinet annos :
Naribus hinc truncis pellitur exilio.

Ille dolore suo, pœnæq; libidine feruens,
Barbarica Cæsar post reuocatus ope :

Auctores cladis, quos regni traxerat ardor,
Ambos suppicio punit atroce Duces.

Classe sed instructa dum feruidus arma retractat,
Ac successorem vindicat, ipse cadit.

L E O N T I V S .

Iustiniano imperio à se exuto succedit.
A Tiberio captus, & naso mutilatus, in carcerem coniicitur. Post Iustiniani redditum, populo spestante, obruncatus. Triennio tenuit imperium.

Fraude Sacerdotis summos acquirit honores :

Eiectoq; rapit Cæsare frena Leo.

Quæ tamen haud longos tenuit feliciter annos :

Nunquam firma diu vi bona parta manent.

Expulsus regno, naso truncatus, acerbæ

Sænitie pœnas, perfidiaeq; dedit.

T I B E R I V S I I I .

F C O N -



80 CÆSARES

CONSTANTINOPOLITANUS fuit ciuis, ab exercitu, capto Leone, Imperator salutatus. Iustiniani in imperium restituti iussu interemtus: Regni anno V II. Christi DCCXIIII.

Sufficit Absimarum regnis exercitus ipse:

Continet armorum dum Leo sceptra metu,

Quem regno spoliat captum, naresq; recidit:

Cesarei regeret solus ut orbis opes.

Bella Saracenum male fausta resumit in hostem:

Quem fratris socia depulit vjsus ope.

Exilio Cesarei capit hunc in regna vocatus:

Inq; foro, populo conspiciente, ferit.

PHILIPPICVS.

MILITIBVS, & classe a Iustiniano contra se missa, vjsus, cum Iustiniano dimicans eum interfecit: imperioque statim omnium consensu potitur. A successore captus, oculis priuatur, & imperio: quod tenuerat ipse annos duos.

Cæsar ut imperij, rerumq; teneret habenas:

Immerita natum cum Patre cede necat.

Sed quod vi peperit, rursus vi perdit: & eu;

Quod superest, captus lumine, solus agit.

Impius, atq; tenax erroris, in æde locatas

Deleuit statuas, & simulacra sacra.

ANASTASIVS II.

ASSVENTO imperio, literas ad Pontificem Rom. mittit: quibus se Catholicæ fidei defensorem fore pollicetur. A militibus imperio deiectus: a success-



successore sacros ordines recipere cogitur. Annum
vnum, & tres menses regnauit.

Succedit regnis hic, Augustusq; creatur :

Suffragante foris milite, plebe domi.

Pontificum studiosus erat, Papalis honoris

Assertor : cuius munit, & auget opes.

In felix bello, pacis felicior arte,

Amittit regnum, cœnobiumq; subit.

T H E O D O S I V S I I I .

*A N A S T A S I O imperio deiecto suffectus, imagi-
nes templorum à Philippico demolitas, restitui man-
dauit. A successore imperio deiectus, priuata quiete
descessit. Tenuit imperium non amplius vno anno.*

Tertius imperium Theodosius accipit orbis,

Electus voto militis inde sui.

Relligiosus, amans iusti, recti q; : renulsas

Effigies sacra ponit in æde Deum.

Præfuit hic annum regnis non amplius vnum :

Sponte subit monachi claustra, vacatq; sacris.

L E O I I I .

*I M P E R I O suscepito, imagines, & statuas sancto-
rum è templis abradi, auferri, & incendi mandauit :
a Gregorio 111. cleri Romani consensu, imperio, &
fidelium communione priuatus. Anno Christi D
C C X L I I . Imperij x x v .*

Poët hos imperij Leo frena capessit Isaurus :

Qui iurare sibi regna, Duceſq; iubet.



*Signa Saracenos mouet aspera victor in hostes :
Quorum pars ferro , pars cecidere lue.
Tunc & fulmineo clavis disiecta vapore ,
Subqu mari factis ignibus arte , perit.
Mox tamen instaurant in fortis prælia Gallos :
Quorum vi captas diripiuerè plagas.
Carolus hos longa Martellus cæde peracta
Fundit , & infraicto milite victor agit.
Cæsar at effigies impugnat , & ignibus vrit
Idola : hinc furij exagitatus obit.*

C O N S T A N T I N V S V . C O -
P R O N Y M V S .

*LEONIS filius , omni scelere imbutus , magus ,
& sacrilegus , Christianos persequitur . Sanctorum
lipana effossa in mare abijci mandauit . Elephantiæ
morbo correptus perijt . Anno Christi D C C I X X
V I I . Regni x x x v .*

*Fonte sacro lotus purgat Copronymus aluum :
Hinc puero nomen res dedit ista suum .
Induit hic patris mores : vehementior illo ,
Sanctorum statuas deiçit , atque Deum .
In sensu Christi nomen , cultumque professus :
Sacrilegus turpis , terrificusque magus .
Proculcat cineres sceleratus , & ossa piorum :
Demergitque mari pisibus illa cibum .
Lustra sedet folio septena : grauisque senecta
Immunda moritur sorde , lueque lepre .*

LEO



LEO III.

A PATRE Constantino Imperator relictus,
gemmis est adeò delectatus : ut magni ponderis, &
precij coronam è templo S. Sophiæ subtraxerit: qua
cum frequentius vteretur : subito morbo correptus
interiit. Imperij anno quinto.

Quartus at inde subit patri Leo : moribus illis

Persimilis, vita turpis, amator opum.

Sacrilegus diadema sacrum furatur : eoque,

Exornat, tumidus peccatore, sepè comas.

Templaque compilat paucim, vastatque : sed astu

Febrili tandem debilitatus obit.

CONSTANTINVS VI.

PATRIS Leonis sefutus flagitia , matrem Irene
regno deiecit. Mater vero filij flagitia nequa-
quam ferens, eum captum oculis, in carcerem con-
iecit : vbi & vitam finiuit. Post quem Irene sola
imperauit annis quatuor. Tandem dolo capta , in
exilium mittitur.

Patris hic iniusti sequitur vestigia : matrem

Consortem regni deicet, atque premit.

Excussam sceptris externum mittit in orbem :

Punxit at vindicta impia facta Deus.

Illa reuersa domum, foliog, potita, fugatum

Effosis oculis, carceribusque necat.

Post hunc Irene tres annos sola gubernat :

Fœmina permultis dignior vna viris.



84 CÆSARES ROMANI.

Tunc priscus rediit Diuorum cultus : honosq;

Venit imaginibus, paxq; cupita, sacris.

Capta malis tandem Græcorum fraudibus, exul
Longinquo vitam finiit orbe suam.

Carolus occiduo Magnus præponitur orbi :

Nicephorus pulcro res Oriente tenet.

CÆSARVM ROMANORVM
FINIS.

GEOR-

Georgij Sabini Brandebur-

G E N S I S D E C A E S A R I B.
G E R M A N I C I S.

L I B E R I.

C A R O L V S M A G N V S.

C V M videret Romanus Pontifex Leo **III**. Imperatores Constantinopolitanos agrè id nomen tueri : ac ob eam rem urbem , & Italiam ipsam magnas calamitates passam : Carolum (quem non Gallum, sed Germanum fuisse constat) optimè de Ecclesia Dei meritum, populi Romani scito, ac precibus, in Basilica S. Petri, Imperatorem decernit : diadema donat, atque inungit. Qui cum esset toto mundo clarus : Aquisgrani moritur : in templo Beatae Virginis, quod ipse magnis sumptibus extruxerat, sepultus. An. Christi **D C C C X I I I I**. Imperij **X I I I I**. Aetatis **L X X I I**.

*Carolus antiquis Francorum regibus ortus,
Imperij meruit vindice sceptrra manu.
Cum Desiderij fera contudit arma Tyranni :
Finibus Ausonijs qui metuendus erat.
Cumq; rebellantes per multos Saxonas annos
Traiecto domuit flumine, Moene, tuo.
Excisj Auarum compescuit urbibus Hunnos :
Gens quibus asperior cognita nulla fuit.
Condidit & septem deductis castra colonis,
Paeonia celsis aspicienda ingis.*

F 4 Atque



Atq; Saracenos ab Iberi depulit vndis,
 Irrigat Hesperios huc vbi Baetis agros.
 Astrorum cursus, & fata regentia mundum.
 Scrutari solitus tempore pacis erat.
 Addictusq; fuit concessa per ocia Musis:
 Doctus in alternos cogere verba pedes.
 Carmina, morte quibus Rolandū slevit ademtum.
 Quattuor hæc eius nomine vulgus habet:
 Tu patriam repetis, tristi nos orbe relinquis:
 Te tenet aula nitens, nos lacrymosa dies.
 Sed qui lustra geris binos octo super annos:
 Ereptus terris, iustus ad astra redit.
 Teutones arctois etiam quibus utimur oris,
 Nomina bissex mensibus ipse dedit.
 Cum quater, à decimo, tria lustra peregerat, anno:
 Ultima longœuum fata t'ère senem.

L V D O V I C V S P I V S.

A P A T R E Carolo successor destinatus, per Stephanum 111. Romanum Pontificem, corona, & imperialibus titulis insignitus Ecclesiæ iura, & dignitatem semper tutatus est. Mortuus in B. Arnolphi Basilica: Metis sepelitur. Anno Christi DCCC.
 x L. Imperij XXVII. Vitæ LXIII.

Filius Imperij cæpit Ludouicus habenas,
 Nomen ab insigni qui pietate tulit.
 Hic studium pacis cum bella perosus amaret;
 Marte tamen clarus, militiaq; fuit.

Cymbrice



Cymbrica sedato pacauit regna tumultu :
 Exitium fratri fratre mouente suo.
 Compulit & summis absistere Britonas armis :
 Stricta iubens seu ponere tela manu.
 Expulit Ausonios & Tybridis vrbe Quirites :
 Qui caput exorta seditionis erant.
 Felix , si sterili sobolem natura negasset :
 Nullus & vxoris cognitus esset amor.
 Quos genuit natos , crudeles repperit hostes :
 A quibus hei captus vincula seu tulit.
 Mox tamen eruptus fatali carceris antro ,
 Cœpit honorata reddit a sceptra manu.
 Emeritam clausit supremo fine senectam :
 Mogus vbi Rheni cornua miscet aquis.

LOTHARIVS I.

IN conuentu apud Aquisgranum habito , à patre
 Ludouico imperij socius delectus , à Paschale Rom.
 Pontifice inunctus , Augustus appellatur. Ferunt
 hunc iam grandem natu , monachorum apud Tre-
 uiros sumissæ habitum. Anno Christi D C C L V .
 Imperij x v .

Laude nihil dignum , famaq; Lotharius egit :
 Intulit iniustis fratribus arma suis.
 A quibus aduerso belli certamine victus ,
 Tristia cum turpi damna pudore tulit.
 Dignus hic iniustis solet exitus esse tyrannis :
 Impius in tantum quos scelus error agit :
 Nominis vt fama , regniq; cupidine ducti ,

F 5 Horrida



Horrida cum proprio sanguine bella gerant.

L V D O V I C V S II.

A P A T R E Lothario in socium regni ascitus,
Italiam ingressus, cum vrbi appropinquasset: ei ob-
uiam Romani prodierunt. Sergius 11. Pontifex
eum coronauit. In Italia mortuus, Mediolani sepe-
litur. An. Chri. D C C L X X I I I I , Imperij xix.

*Regia defuncti Ludovicus sceptra parentis,
Imperij summo dignus honore, tulit.
Vandalica fregit, superato Principe, gentis
Instabiles animos, instabilemq; fidem.
Huius ut in duro virtus est cognita bello:
Sic etiam miti cognita pace fuit.
Ingenuas coluit studijs, ac sumtibus artes:
Quæ multis odio regibus esse solent.
Tempore Cesareas à quo suscepit habenas:
Bis geminis lustris additus annus erat.
Ausonijs placida cum morte quieuit in oris:
Insubrum celebri conditus vrbe iacet.*

C A R O L V S C A L V V S .

L V D O V I C O patre mortuo imperium obtinu-
it, à Ioanne v i i i . Pōtifice Imperator dictus. Dum
nepotibus suis, qui eum imperio, & vita priuaturi in
Italiam properabant, obuiam iret: Mantua, veneno
hausto, expirauit. An. Christi D C C L X X V I I I .
imperij secundo. Ludovicū filiū habuit successorem,
cognomine Balbū: sed is per bienniū modò p̄fuit.
Carolus



Carolus imperij fraudauit honore nepotes :

Qui licet iniustus, vir tamen acer erat.

Deuicit Ligurum populantes æquora Mauros :

In celerem vertens barbara terga fugam.

Et procul occiduo submotos orbe Britannos

Compulit optatae Pacis amore frui.

Mincius Andinos ubi flumine proluuit agros :

Mixta bibit Medici fraude venena sui.

C A R O L V S C R A S S V S.

LUDOVICI Germaniæ regis filius , Romanis proceribus adiuuantibus , imperio potitur. *Quem Ioannes viii. imperiali corona donauit. Ab imperio ob segnitiem corporis , & ingenij tarditatem deiectus, paulo post moritur. Christi anno dccc. lxxxviii. Imperij viii. vel ut alijs placet, x.*

Crassus ab infesto submonuit Pannonas Istro :

Cymbria viætrici fudit & arma manu.

Sed quam fortis erat, primis & strenuus annis :

Tam senio factus mollis, inersus, fuit.

Regis ob ignauam priuatus nomine vitam,

Turpiter imperio decidit ipse suo.

A R N O L P H V S.

CAROLI III. nepos, eidē in imperio suffectus, a Formoso coronatur: primò strenuus, dehinc nimio successu elatus , in Ecclesiasticos scœuiens, pediculari morbo est absūtus. Imperij an. xii. Chr. dcccc.

Aspera cum Cymbris Arnolphus prælia fecit :

Quos pa-



*Quos patria domitos victor abegit humo.
 Gallic a quā longo vastantes oppida bello,
 Non leuis imperio causa timoris erant.
 Cepit & Ausonianam depulsis ciuibus vrbem :
 Templaque militibus dirienda dedit.
 Quas meruit, iustas soluit pro criminе pœnas :
 Syllanis moriens vermbus esca fuit.*

L V D O V I C V S I I I I .

P A T R I suffectus, nusquam legitur accepisse corona. A Berengario, qui tum Italix regnum occupauit, apud Veronam, dum parentum regnum veterque repeteret, bello victus : oculis, ac genitalibus priuatur. An. Christi D C C C C X I . Imperij xii.

*Quartus at indomitis Ludouicus victus ab Hunnis.
 Multa tulit forti non patienda viro.
 Perdere vindicibus quos vltor debuit armis :
 Turpiter his emta pace tributa dedit.
 Ingressus modico Verone milite portas :
 Venit in hostiles, captus ab urbe, manus.
 Supplicioque graui, membris genitalibus orbus,
 Est datus, Insubrum rege iubente, neci.*

C O N R A D V S I .

L V D O V I C O successit : sed nec ipse à Rom. Pontifice est coronatus. Erat enim tum magna inter Italos, Germanos & Gallos de possessione imperij concertatio. Moriens Henricum Imperatorem dixit. Anno Christi D C C C C X I X . Regni vii.

Marte



Marte ferox Scythicis Conradus restitit Hunnis :

Atque neci victor millia multa dedit.

Oenus ab Alpina præceps ubi rupe volutus,

Humeat gelidus Norica rura vadis.

Francorum veteri postremus origine Cæsar,

Stirpe fuit gentis deficiente suæ.

H E N R I C V S A V C E P S.

SAXONIAE Dux, vir in bellicis rebus strenuus, & fortis. Hungaros, qui tūm Alemanniam populabantur, ingenti clade superauit. Tandem magno subditorum omnium luctu mortuus. Aetatis anno L X. Imperij X V I. Christi Seruatoris D C C C C
X X X V I I.

Cum sine legitimis, defuncto Cæsare, natis

Regia progenies nulla superstes erat :

Albis ad Arctas Henricus transtulit vndas

Sceptra, Luitholdo Saxone natus auo.

Fallere quod volucres laqueis, viscoq, solebat :

Aucupis aucupij nomen ab arte tulit.

Hic domitis cogens mitescere cornibus Istrum,

Norica vastatis oppida cepit agris.

Misniacis celebri fama notissima terris,

Vrbs vetus, à Martis nomine dicta, iacet.

Ad quam Pannonici contundens agmina regis,

Barbare te patria depulit Hunne sua.

Effer a quid posset virtute, Boëmia sensit :

Inq, fugam celeri Dalmata versus equo.

Marchiacæ pariter sensit ferus incola terra :

Structa



*Structa super ripas vrbs & Hauele tuas.
 A duce quam Brenno fundatam Teutones olim,
 Vandalici sed tunc incoluere Duces.
 Ut foret insignis victoria nota triumphi :
 Laudibus hic statuit digna troph.ea tuis.
 Conditor erexit celsi fastigia templi :
 Quod de Christipara virgine nomen habet.
 Mortuus est , senos vbi quinq, bis egerat annos :
 Non habuit longo tempore Roma parem.*

O T H O M A G N V S .

*Ex nobilissima saxonum domo, Germaniæ rex,
 in Italiam euocatus : vt Clerum , pontificēque Ro-
 manū è manib.Berengarij, qui tūm in Italia Impera-
 toris nomē sibi usurpauerat, vindicaret. Quod & stre-
 nuè perfecit. Vrbem ingrediens, honorifcentissimè
 coronatur à Ioanne x i i. Tandē senio grauatus, mo-
 ritur opt.Princeps, in oppido Saxoniæ Quedlinbur-
 go. Regni an.x x x v i i.Chr. d C C C L X X I I I I .*

*Saxonicis domitos Otho finibus expulit Hunnos :
 Quos pater augusta vicerat ante manu.
 Hosq, reuertentes ingenti clade peremit :
 Hic vbi Sueorum perfluit arua Licus.
 Centum vulneribus ceciderunt millia : septem
 Vix sibi difficultè consuluere fuga.
 Bella lacesitus cum fratre domestica gesit :
 Ad Rheni victor quem superauit aquas.
 Hostiliq, truces inuadens Marte Boëmos :
 Subdidit imperio regia sceptr'a suo.*

Ausus



Ausus & inuito Romam censere Senatu,
 Prifice dedit populo iura Quirine tuo.
 Pastoremq; Dei lacero præfecit ouili:
 Qui pius, ac tanto munere dignus erat.
 Cepit & Insubrum deniūtō mānia rege:
 Ticini ferro depopulatus agros.
 Argium Calabris eiecit montibus hostem:
 Et Beneventanum depulit vrbe Duce.
 Marte rebellantes Heduos, Gallosq; subegit
 Ingressus fines, Sequana terra, tuos.
 Vicit & Hectorea natos ab origine Francos:
 Imperij nobis qui peperere decus.
 Mogus vbi inuiūtō miscer sua flumina Rheno:
 Et generi, & nati contudit arma sui.
 Inuida que longo tellus absconderat euo:
 Eruit Hercinijs prima metalla iugis.
 Albiacis vrbum vicinam condidit vndis:
 Quæ de virginibus nomen adepta tenet.
 Clara sub hoc meruit Germania Principe, laudis
 Quicquid habet Latium, Gracia quicquid habet.

OTHO II.

PRIMI Othonis filius, à patre imperij consors
 creatus: à Ioanne xiiii. cum vxore, apud Latera-
 nensem Basileam corona imperij exornatur. Roma
 mortuus, in vestibulo S. Petri honorificentissimè se-
 pelitur. an. Chri. dcccclxviii. Imperii x.

Nec fuit inferior primo virtute Secundus
 Multa domi gesit prælia, multa foris.

DANUS



Danubius rapidis vbi Norica perfluit vndis

Iugera : conseruit cum patruele manus.

Ipsius ambibat qui seditionis honoris :

Factus & iniusto Marte rebellis erat.

Sole coloratos Mauros, Numidasq; feroce;

Finibus eiecit , Daunia terra, tuis.

Victa triumphalem dedit illi Gracia palmam :

Infectasq; sua Gallia cæde manus.

At nauale gerens externo milite bellum :

Incidit in Siculas proditione rates.

Captus vbi docto predones ore fefellit :

Quod poterat Graio reddere verba sono.

Aequa solo posuit Beneuenti mœnia flammis :

Hac quid ab infida proditus vrbe foret.

Passa sub hoc longum Germania Cæsare frigus,

Penè fuit sœno tota perusta gelu.

Tempore quo calcat maturas vinitor vias :

Bruma repentinis sparsit oborta niues.

Et concreta suum tenuerunt flumina cursum :

Donec hyems tepido vere soluta fuit.

Ceruleus leni quam perfluit agmine Tybris :

Mortuus extremum clausit in vrbe diem.

O T H O I I I .

P A T R E Roma mortuo , à Germanis , qui tūm
Romæ frequentes erant Imperator delectus : quo-
rum sententiam Benedictus v i i . approbat . A
Gregorio v . qui & ipse Germanus erat , coronatus ,
in Italia moritur . Anno Christi m . i . Regni x i x .

Venit



Venit ad imperium teneris Otho tertius annis :

Imperio nondum cum satis aptus erat.

Sed matura virum quo tempore fecerat etas :

Nec patre, nec forti degenerauit auro.

Germano Latias ingressus milite terras,

Romulea cepit mania facta manu.

Crescentemq; illis hostilibus obruit armis :

Cæsaris Aeneadæ quem coluere loco.

Victor & eripuit belli certamine capto

Pontifici, fossis lumen vtrung; genis.

Nil veritus, sumini quod Ianitor esset Olympi :

Cœlestes posset qui referare fores.

Vt penes immensi nos tota potentia mundi

Semper, & imperij gloria summa foret :

Regia constituit quibus est electio curæ,

Præcipua septem nobilitate Duces.

Teutonicaq; genus qui non ab origine ducunt :

Heredes retinuit nominis esse sui.

Legibus acceptum Germania debet Othonis

Ferre, quod imperij laudibus aucta manet :

Et quod adhuc nostri viget integra gloria regni :

Gloria, Francorum quem peperere manus.

H E N R I C V S C L A V D V S.

BAVARIAE Dux, Othonis Magni nepos. Primus ex institutione Ottonis Imperator electus : à Benedicto v 111. imperiali corona donatur. Post mortem vir optimus, & sanctissimus relatus in numerum Sanctorum. Obiit Bambergæ , anno G Christi



Christi M X X I I I I . Imperij X X I I I I . si connu-
merentur duo anni interregni : quo vacuit imperi-
um, discordantibus de electione proceribus.

Cum priuatus adhuc Princeps Henricus agebat :

A patrele suo victus Othonem fuit.

Sed postquam summos est Cesar adeptus honores :

Auspicijs gesit prospera bella suis.

Coniugis edomuit fratrem : semperq; rebellis

Ipsius est forti milite capta Metis.

Cinxit & infestis Gandaui mania signis :

Tempore quo subiit Flandria victa iugum.

Oenotrijs hostes Argiuos expulit oris :

Contudit & Phrisios, Marte fauente, duces.

Sarmatica iunctos fudit cum gente Boemos

Omnes Vandalici fregit & hostis opes.

Rege sub hoc, veterum cultus exosa Deorum,

Pannonis est Christi terra professa fidem.

Magnus & insolitus arsit feruoribus aestus :

Ortus vbi verno tempore Maius erat.

Sole laborantes vfit sitis arida campos :

Ac periit culnis languida facta seges.

Vnde per Europam victus annonae negauit :

Pestis & est longam dira secuta famem.

Additus Henricus cum cœlite coniuge Diuis,

Annua promeruit numine festa suo.

C O N R A D V S . I I .

Cv m post mortem Henrici triennale fuisset inter
regnum

regnum : tandem legitimis suffragijs Conradus, cum
elet Franciae orientalis, & Sueviae Dux, à Ioanne x x .
coronatur. Mortuus in templo Spirensi sepelitur.
Anno Christi m x x x i x . Imperij x v .

Signa pharetratos mouit Conradus in Hunnos :

A quibus infesto Marte petitus erat.

Verfag, pugnaces Heduos dare terga coëgit :

Quos Burgundiones tempora nostra vocant.

Sarmaticum regem dum fortibus adiuuat armis :

Qui patrijs exul sedibus actus erat.

Sæpe triumphatos affecit clade Polonus :

Sæpe Boëmorum cede repleuit humum.

Vda paludosis habitatur terra Sicambris :

Martia vulgatum Geldria nomen habet.

Aeger in hac obijs supremo funere mortem :

Imperium nato suscipiente suo.

Rhenus ubi Nemetum veterem preterfluit urbem :

Conditus in diue virginis æde iacet.

H E N R I C V S N I G E R .

CONRAD I gener, habita synodo, Benedictum,
Syllestrum, Gregorium, tanquā tria teterrima mon-
stra, abdicare se magistratu coëgit : Suitgerū Episco-
pum Bambergensem Pontificem Rom. creat, Cle-
mentem 11. appellatum : à quo & imperij coronā
acepit. Decessit florēte imperio. An. Chri. m . lvi .
Regni x v i . Princeps bonus, & salutaris.

Pannonio geminos Henricus ab hoſte triumphos,
Contusis retulit viribus, Hunne, tuis.

G 2 Non



Non negat algenti Sauus id conterminus Istro :
 Purpureum cuius sanguine flumen erat.
 Compulit & fortes celeri virtute Boemos
 In sua submissas tendere iura manus.
 Hic vbi flauentes exæstuat Albis arenas :
 Et celer vndo so gurgite Mulda fluit.
 Vicit & extremos Morinos, Belgaq; potentes :
 Dedita tunc studijs gens ea Martis erat :
 Nunc agit imbellem discincta per ocia vitam :
 Mutandisq; suas mercibus auget opes.
 Tres quoq; Pontifices Romana sede potitos
 Arbitrè Aufonia cedere iussit humo.
 Quæq; graues olim belli motura tumultus
 Causa fuit, nato perniciofa suo :
 Sedis Apostolicae proceres iurare coegerit :
 In patriam fecit cum redditurus iter :
 Ut, quicunq; sacri munus pastoris obiret :
 Caesaris electus voce probante foret.
 Qua situs est genitor, requiescit in vrbe sepultus.
 Ad liquidas Rheni prætereuntis aquas.

HENRICVS IIII.

PVER adhuc sub matris tutela aliquandiu re-
 gnauit : à Nicolao 11. coronam accepit : quem Gre-
 gorius v 11, crudelissime excommunicat, ei que im-
 periū abrogat : Substituto Rudoipho Sueviæ duce:
 quē prælio superatū occidit: armis conuersis in Pon-
 tificem: in cuius locum surrogauit Victorem 111. à
 quo ipse consecratur & cōfirmatur. Moritur Leodij
 Anno



Anno Christi M. C. V I. Imperij X L I X. Imperator fortissimus, & bellicosissimus, patriæ amantissimus, maiestatis imperij vindex acerrimus, qui sexages bis acie dimicās, multiplices expertus difficultates, nunquam animum despōnit : aut contra fidem imperio datam aliquid suscepit.

Gregorium sacræ priuauit honore cathedrae :

Quod magica studio deditus artis erat :

Et contra mandata sui, legesq; parentis

Pauit, Apostolico munere functus, oves.

Cumq; rebellarent, antifitiis arma secuti,

Qui ripas habitant Saxones, Albi, tuas :

Vastatos incendit agros : pœnamq; coëgit

Oppida vindictæ capta subire sue.

Vltus & est digna mulctatum cæde Rodolphum :

Carmine cum tali qui diadema tulit :

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho :

Munus enim falsi præsulī istud erat.

Hunc, vbi prostratus violenta morte iacebat :

Delicti puduit, pœnituitq; sui,

Tam quod ob indignam, deserto principe, causam,

Impia Pontificis iussa secutus erat.

Scilicet aspiciens mutilatam vulnere dextram :

Talia marenti peccatore verba dedit.

Ergo quod iniustus cum Cæsare prælia feci :

Bellaq; suscepi Marte nefanda meo :

Iuratamq; fidem manus hæc scelerata fefellit :

Perfidiam pœna conueniente luo.

Post Ducas interitum, superemamq; fata Rodolphi,



Cæsar vbi facta pace quietus erat.
 Imperio nati crudelibus excidit armis :
 Res ea Pontificis fraude peracta fuit.
 Exul apud Belgas lumen vitale reliquit :
 Defuncti Nemetum corpus in urbe iacet.
 Teutones hoc Solymam vinente receperimus urbem
 Cæsare, quæ longo tempore capta fuit.
 Quam ferus Aegyptii regnator ademerat armis :
 Imperio cuius subdita Memphis erat.

H E N R I C V S . V.

HENRICI IIII. filius, poenas dedit seditione
 parricidij : iisdem artibus Pontificum eversus, quib.
 ipse patrem excusserat. Morbo decepsit, Spiræ sepul-
 tus. Anno Christi M. C. XXV. Imperij XIX.

Iusta tulit natus scelerati præmia facti :
 Proq; sua poenas impietate dedit.
 Quem prius adiutum socijs defenderat armis :
 Detestanda gerens cum Patre bella suo :
 Terribiles huius diras, & fulmina sensit :
 Hæc solet Ausonij præulis esse fides.
 Cæsar at æquali fraudem mercede rependens,
 Fecit in Italiam cæde cruentus iter.
 Omnia concutiens vbi tristibus horrida bellis,
 Hostili Latios igne cremabat agros.
 Martia quæ iactat se nomine Roma Quirini :
 Plena cadaveribus, sanguine plena fuit.
 Discedensq; sui crudelia signa furoris

In



*In patriam victor cum referebat humum :
Vincula Pontificem captiui more gerentem
Ante triumphales ire coegerit equos.*

*Quattuor hoc uno signantur marmora versu :
Quo situs in Nemetum conditur vrbe loco.
Filius hic, pater hic, anus hic, proanus iacet isthic :
Marmora visuris inspicienda patent :
Surgit ubi templum diuæ venerabile matris :
Quæ sacra virgineo pondera ventre tulit.*

LOTHARIVS SAXO.

SAXONIAE Dux, ab Electoribus Cæsar creatus, ab Anacleto Pontifice coronatus. Diuitijs, & victorijs magnus : quo vix alius maiora per Italiam inde à Carolo Magno gescit : Ius civile etiam reuocauit. Anno Christi M CXXXVIII. Imperij XLI.

*Saxo rebellantes virtute Lotharius vrbes
Compulit imperij fædus inire sui.
Hostilem domuit Capuam, domuitq; Cremonam :
Multaq; diuersis oppida capta locis.
Addua quæ gelidis, quæ perfluit Aufidus vndis,
Ac taurina gerens cornua fronte Padus.
Noricus vltori Pegnesidos accolaripæ,
Obsessa domitam tradidit vrbe manum.
Captaq; de Nemetum victorem plebe triumphos
Spira coronatis ducere vidit equis.
Formidanda sui spernentem fulmina Martis
Te quoq; Cæsareo subdidit Vlma iugo.*



Nec minus urbanae ad pacis idoneus artes :

Fortia quam belli promptus ad arma fuit.

Restituit veterum neglecta volumina legum :

Inq[ue] scholis ius sit publica iura legi.

Quæ prius obscura sub nocte sepulta iacebant :

Plenaq[ue] squalebant puluere , plena situ.

Ipse suo dictam de nomine condidit urbem :

Mortuus in patria qua requiescit humo,

C O N R A D V S S V E V V S .

S V E V I A E Dux , Lothario in regno successit.
Maximum exercitum in Saracenos Christi hostes du-
cens : Emanuelis Greci Imperatoris fraude, & perfida
inipeditus, re infecta, abire coactus est. Obiit
Bambergæ Anno Christi M C L I I . Imperij x v .

Magnanimos Conradus agens in prælia Suevos,

Ad Solymas longum per mare fecit iter :

Aduentusq[ue] sui formidine terruit hostem :

Victor Idumæam qui populatus erat :

Vindice quem dextra Iordanis ab amne fugauit :

Humeçtat Pharios huc ubi Nilus agros.

Ac celebri partum ducturus laude triumphum :

Cum reduci patriam classe petebat humum.

Nomen ubi Ponto Nepheleias induit Helle :

Vastus & Euxinas Bosphorus arctat aquas :

Perdidit iniunctas amissu milite vires,

Hospitis indigna proditione fuit.

Ergo nec immeritas expendit Thracia pœnas ,

Nunc



Nunc ab inhumanis capta Borysthenidis.
Sustinet imperium Getici crudele tyranni :
Quod fuit in iustos fraude maligna duces.

FRIDERICVS BARBAROSSA.

Ex inclyta Sueorum domo progenitus, cognomo
nē Aenobarbus, eius nominis primus, vir heroici
ingenij. Rōmam profectus consecratur ab Adriano
1111. Italiā multis magnisque cladibus afficit.
Magno cruce signatorum exercitu in Asiam pro-
fectus, aduentum Christiane religionis hostes, & op-
pressus impetu fluminis, in quod lauandi causa sē
dimiserat, perit, Strenuissimus & victoriosiss. Imper-
ator, An. Chr. M C L X X X I X , Regni x x x v i i .

Inclita Germanae Fridericus gloria gentis,
Ingenio duri Martis amante fuit.
Sedibus , ac regno Gelphos eiecit aucto :
Pingue Cheruforum qui tenuere solum.
Saxonici pulsis quibus Electoris honores
Abstulit : Ascania principibusq; dedit.
Quos tribus augustis natos ab Othonibus aiunt
Nobile Cesarei sanguinis esse genus.
Eruit Insubrum dissectam fundatus urbem :
Tempore quo summi presulis hostis erat.
Remq; breui gestam signari carmine insit :
Hic stetit Insubrum nobile gentis opus.
Mos antiquus erat, qui publica commoda pacis
Cesare turbasset bella gerente soris :
Totius imperij reus inspectante Senatu,

G 5 Vt canis



Ut canis impositum corpore ferret onus.
 Ergo, quod Italicis dum concita gesit in oris
 Bella, Palatinus mouerat arma domi :
 Hunc licet inuitum, detrectantemq; coegerit
 Inclita per Nemetum mania ferre canem.
 Imposuitq; Duci nomen regale Boemo :
 Qui sua militie signa secutus erat.
 Cuius in ambiguo seu discribime Martis
 Sepe fuit virtus, sepe probata fides.
 Cum Veneto gesit quo tempore bella Senatu :
 Procubuit summi Praesulis ante pedes :
 Supplice delicti veniam, quibus, ore precatus,
 Oscula cum turpi fixa rubore dedit.
 Terrarum Dominum quid inani ludere fastu
 Iuuit Pontificem, Roma superba, tuum ?
 Armenie vitam submersus in anne reliquit :
 Fortia cum scutis intulit arma Getis.
 At nisi crudeli praeventus morte fuisset :
 Imperij fines vltima Baetra forent.
 Hostis & Europa qui nunc affectat habenas,
 Vix Asia minima parte teneret humum.
 Hoc stetit, hoc cecidit Respublica Cesare Christi :
 Quae sine nunc vlo vindice lapsa iacet.

HENRICVS VI.

PATRI suffectus, & à Cœlestino Pontifice co-
 ronatus, Apulos Siculosque multis prolijs vicit.
 Filium Fridericum, adhuc infantem, imperij suc-
 cessorem designauit, de voluntate Germanicæ prin-
 cipum,



G E R M A N I C I . 105

cipum, in Sicilia febre moritur, Panormi sepultus.
Anno Christi M C X C V I I I , Regni VII.

Tristia submersi natus post fata parentis
Regia concordi sceptra fauore tulit.

Obsidione premens Vbi orum mœnia cinxit :

Vltus & est capta Presulis vrbe fidem :

Qui Burgundiacæ confusis robore gentis,

Imperij lapsas despiciebat opes.

Edomuit viator Calabras, & Iapygis oras,

Pulsag, Sicanio Trinacra regna mari.

Sunt vbi cyclopum fumantibus antra caminis :

Vrget & Enceladi molibus Aetna caput.

Cuius anhelanti prorumpunt ore fauillæ :

Brachia cum fæuo fulmine taeta mouet.

Funeris ante diem nato commisit habenas :

Imperium certo ne sine rege foret.

P H I L I P P V S .

S V E V I A E , & Hetruriæ dux, per seditionem ab
vna Electorum parte Imperator electus : multos
Germaniæ principes bello à se. deuictos , iurare in
sua verba coegerit. Occisus in cubiculo. Anno Chri-
sti M C C V I I I . Imperij x.

Cæsarea pepulit de sede Philippus Othonem :

Proq, suo regni frena nepote tulit.

Donec is vitilibus crescent adoleceret annis :

Qui Patris electus tempore Cæsar erat.

At Romana pium damnavit curia regem ;

Curia



*Curia, que nunquam regibus æqua fuit,
Cæsaream stygijs animam deuouit & vndis:
Præfus enim pulsi fautor Othonis erat.
Motus ob id seuos tulit arma Philippus in hostes:
Consilio quorum res ea gesta fuit.
Diripuit captas Vbiorum Præfulis vrbes:
Qui totius erat fons, & origo mali.
Tyrigetasq; acres domuit, quos nostra Döringos
Barbara corrupto nomine lingua vocat.
Post varios belli casus, altosq; labores:
Dum secura trahens ocia, solus agit:
Ac iubet incidi turgentem sanguine venam:
Traditus occubuit militis ense neci.*

OTHO III.

SAXONIAE Dux, ab altera Electorum parte
Cæsar creatus: ab Innocentio III. confirmatur: à
quo postea excommunicatus, & imperij dignitate
spoliatus fuit moerore, vt creditur, in Saxonia ex-
tinctus, anno Imperij quarto.

*Summus ad imperium præfus reuocauit Othonem:
Mox vbi sublatus cæde Philippus erat.
At Deus exegit pœnam iustissimus vltor:
Cæsareas paruo tempore rexit opes.
Excidit imperio, Romani fulminis ictu:
Iesus vbi spredo nunciæ Præfus erat.
Hic, quibus incepsit dominandi praua cupidio,
Exitus iniustis regibus esse solet.*

DE CÆ-



DE CESARIBVS GER-
MANICIS.

LIBER II.

FRIDERICVS II.

FRIDERICI Aenobarbi Cæsaris è filio nepos
 vigesimum ætatis anum agens , cùm iam antea esset
 Siciliæ, Sardinie, Sueviae, Hierosolyma rex , Ro-
 manum profectus, ab Honorio III. consecratur. Ex-
 peditione in Asiam suscepta , rem feliciter gerit, re-
 cuperatis locis multis , & in his Hierosolyma. Sed
 Pontificum nefaria iniustitate coactus, in Italiam re-
 dit : à quibus ipse, pessimo Christianorum fato, ex-
 communicatus, dignitate tandem priuatur. In Apu-
 lia mortuus, An. Christi M CCL. Aetatis L I I I I .
 Imperij. x x x I I .

*Imperium pulso Fridericus Othon Secundus
 Cepit , vbi natus bis duo lustra fuit.
 Quem prius exosum Romanus præful habebat :
 Cum regale puer nomen adeptus erat :
 Legitimusq; patri succedere debuit heres :
 Præripiente fero munus Othon suum.
 Suevus hic Argolicis potuit depromere verbis
 Omnia, quæ voluit scribere, sive loqui.
 Ego Saraceno versos sermone libellos
 Transtulit in linguam, Roma diserta, tuam,
 Marte Brabantiacas yrbes, populosq; rebelles,
 Atq; Lotharingos contudit acre genus.*

Adducto q;



Adductoq; procul ferientes Pannonas arcu :

Quos Sauus, & gelidis asperat Ister aquis.

At dum vindicibus reperitas asserit armis,

Quas sacer imperij Præsul habebat, opes :

Ianitor intumuit cœlestis Honorius aula :

Formidata mouens numinis arma sui.

Offensi metuens Fridericus præsulis iram :

Posset ab hostili tutus ut esse dolo :

Imperij natum consortem in sede locauit :

Falsa sed heu quantum peccatora fraudis habent.

Natus ad infestum desciuit persidus hostem.

Quo patris adiutor tempore factus erat.

Captus ob id facinus, vinclisq; coercitus arctis :

Supplicio pœnas conueniente dedit.

Expulerat Solymum Nili ferus accola regem :

Cesaris implorans ille petebat opem.

Cæsar Idumæas cum classe profectus ad vrbes:

Auxilium regi Marte fauente tulit.

Sed procul externis dum belligeratur in oris

Ausoniam Præsul fraude subegit humum :

Atq; per insidias, ab Hetruscis capta, recepit

Oppida, Cæsarea que ditionis erant.

Iccirco Solyma Fridericus ab vrbe retractus,

Motuit in insidum Præsulis arma caput.

Efferat tunc Italas turbavit factio gentes :

Factio perpetui noxia causa mali.

Partibus Augusti fautor Gibelinus adhæsit :

Pontificiisq; tulit transfuga Gelphus opem.

Ipse su-



Ipse suis præfus sed cum diffideret armis :
Auxilio tutus posset ut esse Dei :
Regis in exitium templis decreta fuerunt
Mille sacerdotum murmura , mille preces .
At Deus iniustis obstruxit vocibus aures :
Irrita precipites vota tulere noti .
Qui pugnaeis erant fera Præfulis arma secuti :
Cæsarea victi succubueré manu :
Euganei Phrygia Veneti de stirpe creati :
A quibus Adriacum nunc mare nomen habet .
Interea Solymas hostis Mahometicus arces
Occupat : hæc illa cominoda lite tulit .
Ergo quod à Scythico Iudea subacta tyramo
Oppida , sinceram destituere fidem :
Quodq[ue] profanatus locus est , vbi rector Olympi
Sanguine deleuit crimina nostra suo :
Hoc Romana tue deberetur curia fraudi :
Præfulis hac bellum culpa gerentis erat .
Qui nisi victoris remoratus cæpta fuisset :
Acta sub imperium Caspia regna forent .
Impia sensisset Sueorum Turia vires :
Ac dominus Nili Rhene futurus eras .
Pulsus ab infestis sed cum Ptolemaide Turcis ,
Teutonicæ miles nobilitatis erat :
Aduersus Scythia populos , Asieq[ue] , relictus
Cæsare qui Solymis digrediente fuit :
Vicit adorantes Idola yetuſta Borussos :
Aequor vbi canis succina gignat aquis .
Ipſe



Ipse sed æthereas qua morte reliquerit auras :
 Non perhibet certam cognita fama fidem.
 Si quid habent priscis annalibus edita veri :
 Creditur extremam non obijisse diem.
 Arx vetus est, primus fundasse Lotharius illam
 Fertur : ab auctoris nomine nomen habet :
 Iste rumor ait somno dormire solutum :
 Ante nec effexo corpore posse mori :
 Quam Geticus Solyma pellatur ab urbe tyrannus :
 Cæsareumq[ue] ferat Turcia capta ingum.
 Huius enim viua sub regis imagine spectrum,
 Confiscitur tepido membra souere thoro :
 Frigida cum medio volvuntur sydera lapsu :
 Et subiecta rotis nox tenet atra polum.

INTER REGNUM Friderico deposito capít :
 & annis xxi. Sub incertis Imperatoribus,
 vique ad Rudolphum continuatum est.

C O N R A D V S I I I .

FRIDERICI II Imp. filius ex Iole regina Hierosolymitana. Patre viuente in Regem Romanum designatur ab electoribus. Ab Innocentio III. ex communicatus, & contra eum, ac patrem excitatus Henricus Landgravius Thuringiæ : qui cum in prælio ob imperium dimicauit. Mortuo patre ex Suevia, in Siciliam profectus, recuperatis prouincijs amissis, veneno, à Manfredo fratre notho ei parato, consumtus perijt. Imperij anno quarto.

Mortuus in tristi cum carcere filius esset

Regis



Regis, ab offenso qui patre captus erat :
 Frater adoptatus fratri Conradus honores
 Auspicio regni prospereiore tulit.
 Hic cum Tyrigetis ad Mænum prælia fecit :
 Dura gerens forti pro patre bella manu.
 Sed fuit à summo deuotus Præfule diris :
 Dum negat illius iussa superba sequi.
 Vrbs vbi Parthenope sublimibus ardua muris
 Surgit, & equoreis pulsa feritur aquis :
 Reddidit expirans animam : natoq[ue] reliquit
 Frena parvum fausta suscipienda manu.
 Deficiente sue qui stirpe propaginis, hæres
 Ultimus ex tota gente superstes erat.
 Hunc Papa crudeli violenter cæde necauit :
 Suevia principibus sic fuit orba suis.
 O faciles animos, & mitia pectora regum :
 Hac à Præfulibus quod potuere pati.
 Injustiæ ficto quoties te nomine iactas :
 Hoc agnosce tuum crimine Roma scelus.

V V I L H E L M V S.

Filius Florentij 1111. ex Mechtilde, filia Henrici
 Ducis Brabantiae. Cui imperium traditum est solem
 ni ritu, & inauguratione ab Electoribus Aquisgrani.
 Contra Flandrenses multa bella gesit : Frisiam de-
 bellauit. Ibi à dispositis insidijs circumuentus, &
 hastis confossum moritur. Imperij anno ferè nono.

Dum gerit incautis bellum temerarius armis :

H Nec sa-



Nec satis instructo prælia Marte facit :
 Occidit à Phrisio Guilielmus milite cæsus :
 Per geminos annos vix ubi sceptræ tulit.
 Huius ab interitu sedes sine rege vacuit :
 Dum tria sunt annis addita lustra tribus.
 Interea magno fremuit Germania motu :
 Factaq; sunt multis prælia multa locis.
 Cum duce dux bellum, princeps cū principe gesit :
 Vlla nec urbs solida pace quieta fuit.
 Scilicet ut certo naues rectore carentes
 Obruit insani fluctus, & vnda maris :
 Sic labefactatur belli ciuilibus vndis,
 Imperij sedes cum sine rege vacat.

CAESAR VUilhelmo rursus in partes discessit Ger-
 mania, Electoribus inter se de electione Imperato-
 ris variantibus. Richardum alij Cornubiæ comi-
 tem: alij Alphonsum Castellæ, & Legionis regem
 eligunt. Quorum ille sex annos imperauit: hic gū-
 bernationem deinceps sponte abdicauit. Quo in
 statu cū fluctuasset tot annis respublica: Rudol-
 phus Habsburgius creatur Cæsar.

RUDOLPHVS.

COMES Habsburgius, post longam Imperij va-
 cationem, ab Electorib. Cæsar creatur. Pietate, re-
 ligione, humanitate, rerumque gestarum gloria insi-
 gnis. In Spirensi templo sepultus, propè Philippum
 Sueuum. Anno Christi MCCCXI. Imperij xix.

Compo-



Composuit mitis ciuilia bella Rodolphus :
 Temporibus pacem restituitq; suis.
 Marte Doringiacas latronum subruit arces :
 Aduena frugiferos qua Sala fundit agros.
 Vltus & est iustis Odoacrem fortiter armis :
 Regna sub arbitrio Vandala ciuus erant.
 Boiorumq; Ducem domuit, Suecumq; ferocem,
 Qui duo cum gemino cornua pisce gerit.
 Norica finitimis iacet vrbis contermina Francis :
 Divitijs vsquam vix habet illa parem.
 Huus honorificam titulum, nomenq; Rodolphus
 Principibus dono cum regione tulit :
 Qui piscofa rae dominantur Marchia terræ :
 Ac titulus hodie Noridos vrbis habent.

ADOLPHVS.

COMES de Anaxone, ob auaritiam & tyramide
 omnibus exosus : ab imperio iustis suffragijs deponi
 tur : a successore bello victus, occubuit. Spiræ sepul
 tus. Anno M C C X C V I I I . Regni v i .

Austriaco bellum cum principe gesit Adolphus :
 Sceptra trucidatus quo capiente fuit.
 Hic vbi Vangionum sedes, vrbemq; vetustam,
 Alluis instabilè, Rhene bicornis, aqua.
 Vrbs fuit hec vastis habitata Gigantibus olim :
 Corpora cum tellus prodigiosa tulit.
 Ut testantur, ibi grauibus quæ nexa catenis,

H 2 In me-



*In medio pendent ossa stupenda foro.
 Qualia Trinacrio memorant subiecta Peloro
 Grandia congestis molibus ossa premi.
 Quin & Misniacæ Fridericus Marchio terræ :
 Qui profuge morsus dente parentis erat.
 Hunc fera miscentem superauit prælia victor :
 Mænibus angustis vrbs vbi parua iacet :
 Tyrigetis fortes que limite separat Hessos :
 A crucis & nomen monte vocata tenet.*

ALBERTVS PRIMVS.

RUDOLPHI Austriaci filius, Adolpho abrogato, rex electus. Quam electionem ne quis vitiosam diceret, solenniter creari Cæsar petijt. A Ioanne fratris filio occisus. Spiræ sepelitur, Anno Christi M. CCCVIIII. Imperij x.

*Intulit Albertus violentis arma Boëmis :
 Attribuens nato regna tenenda suo.
 Et Moguntiaco gesit cum principe bellum :
 Cum Duce quod Bauaro fœdera iunctus erat.
 Qui cupidus regni summos ambibat honores
 Contudit hostili victor vtrung, manu.
 At miserè perijt ingulatus fraude nepotis :
 Quā iacet Austriaci fertilis ora soli.
 Vtq; parum iustis armis oppresit Adolphum :
 Sic obijt cæsus vindicis ense necem*

HENRICVS VII.

LVCEL.



LVC E L B V R G E N S I S Comes, Romæ coronatus ab aliquot Cardinalibus, Clemente v. Ponifice Auenionem Galliarum profecto. Moritur non absque grauissima veneni suspicione, & Pisces sepelitur. Anno Christi M C C C X I I I. Imperij v i.

Quae florente statu rerum Florentia nomen

Vrbis tenet, ac ripis adiacet, Arne, tuis :
Cesaris Henrici parere negabat habenis :
 Fretas suis opibus, robore freta suo.
Hanc vbi vindicibus cinctam legionibus urbem,
 Ipse subacturus fulmine Martis erat :
 Thuscia conductus sceleris mercede ministrum :
 Dominici tonso de grege frater erat.
Toxica qui præbens illi sub corpore Christi,
 Manducanda sacro pane venena daret.
Allatura pijs mortalibus esca salutem,
 Causa necis regi pernicioſa fuit.

LU D O V I C V S B A V A R V S
 ET F R I D E R I C V S A V -
 S T R I A C V S.

P E R controuersiam hi electi Cæsares, & inaugu-
 rati : collectis vtrinque copijs, magna vi dimica-
 runt, in Suevia, & Bauaria. Quo in pælio ca-
 pto Friderico, Ludouicus solus rerum potitus,
 ab uno, & altero Cardinali coronatur, inuito Pon-
 tifice. Princeps magnanimus, & fortissimus. Mo-
 ritur anno Christi M C C C X L V I I. Imperij
 XXXIII.

H 3 Regibus



Regibus incessit discordia magna duobus :
 Summa quibus rerum tradita cura fuit.
 Aspera collatis inierunt prælia signis :
 Quæ celer humectat Neccarus arua vadis.
 Attulit optatam Bauaro victoria palmam :
 Austriaci vires succubuere Ducis.

C A R O L V S I I I I . E T
 G V N T H E R V S .

Boemiae rex, Iohannis filius, Henrici VII. nepos, litterarum humaniorum, & plurimarum linguarum peritus: de consensu Innocentij V. Romæ coronatus ab aliquo Cardinalibus. Bullæ aureæ conditor. Moritur anno Christi M. CCC. LXXVIII. Imperij XXXII.

Contra hunc initio electus fuit Angliæ rex Edwardus: qui bello Gallico impeditus dignitatem recusat. Deinde Fridericus Marchio Misniæ, vir apri ingenio, & bello strenuus: qui & ipse imperium spreuit magno animo. Tandem delata fuit summa rerum Gunthero Suuarcebburgico: qui certis primum annuit conditionibus: deinde pace cum Carolo facta, veneno necatus à Medico, obiit, mense sexto imperij.

Hos quoq; saeu duos elegit factio reges :
 Sed lis alterius morte dirempta fuit.
 Inlyta quæ Mæni lapidosis adiacet vndis,
 Vrbs à Francorum nomen adepta vado.
 Acria ciuili moturum bella tumultu,

Funere



Funere Gintherum mors properata rapit.
 Qui ramosa gerit velocis cornua cerui :
 Indomiti fregit Carolus arma ducis.
 Gymnatumq; recens ad flauum condidit Albin :
 Hic ubi turrito culmine Praga iacet.

VVENCESLAVS IGNAVVS.

CAROLI filius natura , & educatione , & vi-
 rx genere admodum virtuosus : à Patre obligatis im-
 perij publicis vectigalibus , x v . annum agens , Cæ-
 sar factus : ob ignauiam ab imperio dejicitur , suf-
 fragijs omnium.

Pigra quod ignauo traduxerit ocia luxu :
 Nactus id à vita deside nomen habet.
 Gloria non illi , sed turpis inertia curæ,
 Atq; saginato corpore venter erat.
 Milatiam fugit : pacis virtute nec vñquam
 Egregio dignum principe fecit opus.
 At piger ingluuiem dapibus , vinoq; , replebat :
 Et graue distenti ventris alebat onus.
 Omnibus iniuisus , ceu detestabile monstrum ,
 A proprio captus vimacula patre tulit.
 Hoc inuenta fuit sub Cesare machina belli :
 Cuius ab impulsu maxnia quassa ruunt.
 Concipiens rapidum que fomite sulfuris ignem ,
 Acta procul nitri puluere saxa iacet :
 Atq; coruscantis flamas imitatur Olympi ,



*Aethera terribili concutiente sono.
Cum vibrata cadunt trifidis vbi fulgura telis :
Hoc sibi Germanus vendicat auctor opus.*

R O B E R T V S P A L A T I N V S .

V V E N C E S L A O deposito , Fridericus Brus-
nosuicensis eligitur : qui insidijs circumueetus à Mo-
guntino (cum quo veteres ei simultates erant) oc-
ciditur , non ita multo post electionem . Succedit
Robertus Palatinus , vir iusticie gloria clarissimus .
Sepultus Heidelbergæ . Anno Christi M C C C C X .
Imperij x .

*Insuber infregit Galeatius arma Roberti :
Cum tulit auxilium gentibus , Arne , tuis ,
Pro quibus aduersi discrimina Martis adibat :
Victor vbi Thuscos est populatus agros .
Inclita quæ doctis iacet Eitelberga Camoenis :
In patria leni morte quietuit humo .*

S I G I S M U N D V S .

R O B E R T O succedit Sigismundus , Vuencel-
lai frater , Hungariæ , & Boemiarum rex : princeps do-
ctrina , humanitate , sapientia prestantissimus : lite-
rarum , ac literatorum hominum studiosissimus . Se-
pius contra Turcas terra marique pugnauit . Ae-
tate , morboque confectus moritur . Anno Christi
M C C C X X X V I I . Imperij x x v i I . Aetatis
z x x .

Terra



Terra iacet gelido sub sydere Mænalis vrsæ :

Terra paludosis inuia fluminibus.

Marchia nunc , quondam sed dicta Nomarchia
Gracis

Est : & ab imperij preside nomen habet.

Summus enim præses Romani Cæsaris olim

Argolica dictus voce Nomarcha fuit.

Vnde quidem prisci vestigia nominis extant :

Vna sed est primo syllaba dempta loco.

Tempore quo pugnax rapuit Germania Drusum :

Indigenas Sueuos hic habitasse ferunt.

Hoc Sprea testatur gelidis vberrimis vndis :

Qui veteri dictus nomine Sueus erat.

Cæruleum cuius perlabitur agmen aquarum :

Hanc & arenoso flumine radit humum.

Post ut ab Augusto deducto Cæsare, Suevi

Mutauere, prius quos tenuere, lares :

Teutonibus pulsis, multos habitata per annos,

Vandalicis regio gentibus ista fuit.

Donec , ab aucupio nomen qui dictus habebat,

Cæsarea meruit sceptra tenere manu.

Expulit externos hoc vindice Marchio reges :

Vrbis vbi fractas debilitasset opes :

Quam bibule dirimit sulcator Hanelus arena :

Humida qui patriæ perfluit arva meæ.

Hæc nisi clara suis Heroibus antè fuisset

Terra : Sigismundo principe clara foret.

Natus enim veteri magnorum sanguine regum



Is prius arctœ Marchio gentis erat :
 Quam vel Pannonia fuit accersitus in oras :
 Aut regni tenuit srena Boëme tui.
 Mitis ut optata concordia pace coiret :
 Cum sacra plena diu curia litis erat :
 Concilium solenne patrum, regumq; vocauit :
 Quæ fuit Hus duram passus in vrbe necem.
 Tres ibi Romano solio priuauit iniquos
 Pontifices : inter quos graue schisma fuit.
 Signa Borysthenidas vtricia mouit in hostes :
 Marte sed aduerso tristia danna tulit.
 Ingenuas habuit summis in honoribus artes :
 Atq; viris doctis munera multa dedit :
 Cum quibus interdum coniuua latus agebat :
 Ex humili quamuis ordine plebis erant.
 Sic q; suos proceres hortari sœpe solebat :
 Artibus ut vellent incubuisse bonis.
 Fama per ingenuas, & gloria queritur artes :
 His favor, ac regum conciliatur amor.
 Ipse sed incertis patrias hæredibus vrbes
 Morte relicturus cum sine prole foret :
 Marchiacas dono Friderico tradidit oras :
 Inclitus is præses Noridos vrbis erat.
 Bellaq; vindicibus pro Cæsare gesserat armis :
 Tunc ubi Pannonio captus ab hoste fuit.
 Teutonici genitor fuit hic Fridericus Achillis :
 Cuius & hic paucis versibus acta canam.

Albertus



GERMANICI. 121.
ALBERTVS MARCHIO BRAN-
DEBVRGENSIS, ACHIL-
LES GERMANICVS.

Qualis erat, quantusq; fuit bellator Achilles :
Hectora qui circum Pergama traxit equis :
Talis erat, tantusq; fuit vietribus armis,
Qui ducis Aeacide Marchio nomen habet.
Militiae teneris hic castra sequutus ab annis :
Conseruit fuso sapiis hoste manus :
Quam pleriq; duces belli sub imagine, ficto
Ludicra viderunt proelia Marte geri.
Nec fugiens vñquam tergo : sed pectore semper
Fortis in aduerso cognitus hoste fuit.
Ora, manusq; gerens, concissaq; brachia ferro :
Mille cicatrices, vulnera mille tulit.
Inuictos domuit populos gentesq; feroce :
Frigida quas rigidis educat vrsa plagis.
Quas nine diratas & Rheticus asperat Ister :
Non tulit in molles strenuus arma viros.
Quæ preociosa legit canis electra sub vndis
Prussia, Sarmatico limite iuncta solo :
Ipsius auditu tremuit clangore tubarum :
Victaq; pugnaci milite terga dedit.
Ipsius attoniti fugerunt arma Poloni :
Territa montanum ceu fugit agna lupum.
Norica, quæ duris viget artibus inclyta bellis
Istius vrbs nouies Marte cruenta fuit.

Adde,



Adde, quod Husitas compescuit : adde quod agmen
 Silesij pepulit victor equestre ducis.
Qui parere ferox, illig_j, subesse negabas :
 Contudit hic forti te, Pomerane, manu.
Bella sed assidue licet irrequietus agebat :
 Si qua fuit, nunquam pax odiosa fuit.
Huius adhuc viuunt gemini de stirpe nepotes :
 De quibus hoc addam pauca, sed apta, loco.

IOACHIMVS I. ELECTOR
 MARCHIO.

Quæ, Ioachime, tuis præconia laudibus addam ?
 Qui trahis à magno natus Achille genus.
Nam tua promeruit tantam facundia laudem :
 Magnanimi quantam dextera fortis aui.
Os quoties cœlesti moues, linguamq_j, disertam :
 Exuperas dulci Nestora voce sénem.
Suauior hybleo tibi copia melle redundant :
 Verbaq_j, ceu densis imbribus acta fluunt.
Te mirata frequens fuit vrbs Augusta loquentem :
 Rhetoris imposuit cum tibi Cæsar onus.
Ipse nec es patro tantum sermone disertus :
 Cuncta potes Latio, quæ cupis, ore loqui.
Edita testatur cultis oratio verbis,
 Omnibus ingenij nomine grata tui.
Nec varias piguit rerum te discere causas :
Quæ sacra cœlestis semina mentis habent.
Quas honor antiquis Aegypti regibus olim,
 Summag_j



Summaq; principibus gloria nosse fuit.
 Cognita syderei tibi sunt animalia cœli :
 Prestis & longè fata futura vides.
 Cumq; bonis faueas studijs , ac rebus honestis :
 Ingenuas artes, qui coluere, colis :
 Quos vt ab Hetruscis Mæcœnas regibus ortus :
 Sic tua profusis sumtibus aula fonet.
 Atria struxisti, doctisq; palatia Musis :
 Auspicijsq; recens est schola cepta tuis .
 Hic ubi Marchiacos disternat Odera fines :
 Ac tua Sarmatico iungitur ora solo.
 Nec diuina tui clementia pectoris vñquam
 Bellica ciuili prætulit arma togæ.
 Publica tranquille conseruas ocia pacis :
 Nullaq; funestī prælia Martis amas.
 Hac te semideis virtus Heroibus æquat :
 Non habet hoc similem tempore Roma tui.

ALBERTVS CARDINALIS,
ELECTOR, ARCHIEPISCO-
pus Moguntinus, & Marchio
Brandenburgicus.

Nec te carminibus nostris, Alberte, racebo :
 Nobile præsul aut nomen adepte tui.
 Ipsa gubernatrix caput & Germania mundi
 Quo nihil, excepto Cesare, maius habet.
 Omnis cura tibi magnarum tradita rerum,

Inq;



Ing̃, tuis humeris grande recumbit onus.
 Tu medium pacis te conditionibus offers :
 Teutonis armorum dum pauet ora metu.
 Dumq; ducum tacitæ fraudes, & operta tumescut
 Bella domi nobis, bella timenda foris.
 Et sacra turbatur varijs Ecclesia sectis :
 Omnia mixta quibus fanda nefanda iacent.
 Ergo quod exultant securis publica terris
 Oc̃ia, suppresso bellaq; Marte silent :
 Quidq; graui nondum Germania mota tumultu.
 In sua conuertit viscera cæde manus :
 Se debere tuis meritis, Alberte, fatentur :
 Compositæ quotquot commoda pacis amant.
 Ne qua sed existat metuendi cauſa furoris :
 Afflictis fidei rebus & affer opem.
 Induat ut verum pietas renouata nitorem :
 Qua modo disſidijs tot labefacta ruit.
 Quod si composito, per te sublata, tumultu
 Schismata turbate religionis erunt :
 Donec adorabit nomen Germania Christi :
 Laudis erit nunquam fama caduca tua.

ALBERTVS II.

SIGISMUNDI Imp. Successor, Dux Austric̃,
 rex Boēmiæ, & Hungariæ, fortitudine, liberalitate,
 clemētia clarissimus. Secundo imperij año vitæ finijt.
 Contulit Alberto regale Boēmia sceptrum :
 Ac subiecit opes Pannona terra suas.
Nuptia



Nupta quod illius thalamo, lectog, ingali,

Nata Sigismundi Regis, Elissa fuit :

Quæ velut exemplum Lucretia casta pudoris,

Aequabat morum nobilitate genus.

Teutonici dactu Thaboritas fudit Achillis :

Colluuius quædam gens ea plebis erat.

Templa Boemiacis quæ disfyciebat in oris :

Atq; sacerdotum diripiebat opes.

Illaturus erat Turcarum bella Tyranno:

Morte sed extinctus præueniente fuit.

F R I D E R I C V S I I I .

A V S T R I A E dux, communi Electorum voto
Cæsar designatus, Romam placide profectus, & con-
secratus à pontifice Nicolao V. domum rediit. Pa-
cis amansissimus fuit, & ab omnibus discordijs alie-
nissimus. Multa per alios tamen bella feliciter con-
fecit. Diarrhea absuntus expirauit Anno Christi
M C C C X C I I I . Aetatis L X X Y I I I . Imperij
L I I I .

Tertius utilior Fridericus ad ocia pacis,

Aspera quam duri Martis ad arma fuit.

Quo Burgundiones Ubiorum depulit oris :

Teutonici bellum gesit Achillis ope.

Quæ dedit ars nobis impressos ere libellos :

Facta sub hoc primum Cæsare nota fuit.

Hæc si temporibus priscis inuenta fuisse :
Qua nihil utilius totus hic orbis habet :

Nostra libris hodie frueretur pluribus ætas :

Defrau-



Defraudata quibus secula nostra carent.
Hanc operosa nouam Moguntia protulit artem,
Quæ celebris Mogi nomen ab amne tenet.

M A X I M I L I A N V S I.

F R I D E R I C I filius, princeps multis victorijs clarus & nobilitatus. Is inter alia multa, cum Venetis quoque bella gessit. De Gallis, Eburonibus, Sicambris, Batauis, Morinis, Hungaris, Boëmis feliciter triumphauit. Senio confectus in Austriae diem suum obiit: estque ibi in monumentis maiorum suorum sepultus. Anno Christi M D X I X . Imperij X X X I I . Aetatis L I X Mensi X . D . X X I .

*Maximus occiduis fuit Aemilianus in oris
Captus, ab indigenis, perinde Brugi, tuis.*

*Ipse sed eruptus celeri virtute parentis,
Vincula qua tulerat, mox tulit arma manu.*

*Depulit Hunniaden à sedibus vltor autis:
Qui fuit Austriae Marte potitus agris.*

*Signaq; regalem vietricia mouit ad Albam:
Horruit inuicti Caesaris arma Sauus.*

*Pannones euersis & subpñfere pharetris
Spicula, qua ferro tinctile virus habent.*

*In Mahometigenas deduxit & agmina Turcas:
A quibus affectus clade Tiburnus erat.*

*Ante sed aggressus, quam prælia miscuit, hostem:
Versa metu pauidi terga dedere Getae.*

*Contudit indomitum, debellavitq; Sicambrum:
Victa prius nunquam dextera cuius erat.*

Norica

Norica vastantes occidit & arua Boëmos:
 Marte Palatinas cum sequerentur opes.
 Nec semel est vltus rumpentem fædera Gallum:
 Instabilem summi Pontificisq; fidem.
 Conscendens Tyrij ductoris & emulus Alpes,
 Fudit in aérijs montibus Heluetium.
 Quid loquar Euganea Venetum cum plebe senatū?
 Quos domitos terra, quos superauit aqua.
 Adriaci vasto trepidabant æquore nautæ:
 Mercibus ac plenas destituere rates:
 Vrbis vbi victor Patauina mœnia cepit:
 Tantus erat terror, tantus vbiq; metus.
 Ultima, post duros, ær umnosq; labores
 Fata pium terris eripuere senem.

CAROLVS V.

DEFUNCTO Maximiliano, omnium votis, atque suffragijs, Imperij summa delata fuit ad Fridericum III. Saxonæ Electorem, virum pietate, sapientia, ætate præstantissimum. Verum ille cum ab omni ambitione alienissimus, & pacis, ac quietis amanissimus esset: honorem hunc constantissime recusauit. Suasitque eligendum esse summa spei principem Carolum Maximiliani è filio Philippo nepotē, longè potentissimum. Id quod factum est. Succesit autem Carolus V. quem optimo iure propter insignes virtutes Carolum Magnum appellari. Fuit iustissimus, fortissimus, clementissimusque Imperator: plurimarum rerum gestarum gloria clarissimus. Defunctus placide, anno Christi M. D. L V I I I .

I.

Dñe



Diue quibus cælo te Carole laudibus æquem?

Carole non ipso, quem regis, orbe minor.

Cæsare quo maior, validisq; potentior armis

Nullus ab Augusti tempore sceptræ tulit.

Imperium terris, animos æquabit olympos,

Auspicijs felix Teutona terra tuis.

Qui prius ibat ouans Gallus plaudentibus alis:

Præda tuis Aquilis sanguinolenta fuit:

Signaq; Ticini captus submisit ad vndam,

Militis inuicti robore fracta tui.

Clauigeriq; Petri sub nomine regna tenentem,

Arcta coëgisti vincula ferre Papam:

Sœua cohortatus Venetum quod ad arma Senatum:

Et noua cum Gallo foedera pactus erat.

Tendere te Latias Florentia sensit in oras,

Sanguineo Martis fulmine capta tui.

Quæ consisa suis opibus, rebusq; secundis

Irridere tuum non metuebat auum:

Illum retrogradì cum tergo insidere cancri

Pinxerat hoc titulo: Tendimus in Latiū.

Turca triumphato qui formidabilis Istro,

Barbara Germanis tela nimatus erat.

Et cessura suo sperabat cuncta fauori:

Iuratus patrios, numina vana, Deos.

Quod foret Euxinas nunquam redditurus ad vndas:

Ni prius ad Rheni castra locasset aquas:

Ante tubam fugit: nec bellica degener hostis

Militis



Militis est ausus signa videre tui.
 Marchio vertentem Ioachimus terga secutus,
 Auspice te, magna funera strage dedit :
 Millia prædonum bis quattuor intulit Orco :
 Austriacam quorum cæde pianit humum.
 At procul ad septem fugiat licet os̄ia Neli :
 Aspera vindictæ sentiet arma tuae.
 Edit a nam priscis oracula versibus extant :
 Qualia Cumæ carmina vatis erant :
 Quæ tibi de Solyma promittunt vrbe triumphum :
 Illa quod imperium sit subitura tuum.
 Ergo nisi veterum sunt irrita carmina vatum :
 Quæ reor euentus mox habitura suos :
 Tempus erit, cum te spolijs Orientis onustum
 Quadrijugis referet currus eburnus equis :
 Liuentiq; gerens immania vincula collo,
 Ante tuos ibit Turcia capta rotas.
 Plaudentesq; tuis resonabunt laudibus vrbes
 Argolicæ, per quas victor iturus eris :
 Lætitiaq; fremet, conceptaq; gaudia ducet
 Pannonis hostili terra soluta metu.
 Tunc ego non paruis elegis, humiliq; camœna,
 Sed tua Mæonio carmine facta canam :
 Si modò, quæ vita dispensant fata, sorores,
 Temporibus dederint stamina longa meis.

FERDINANDVS.

I 2 Caroli



CAROLI V. frater, & gubernationis socius.
 Suffectus imperio omnium electorum contentu:
 Carolo sponte sua dignitatem Imperatoriam depo-
 nente. Princeps sapientissimus, ac religiosissimus,
 pacis, concordiaeque publicæ in primis studiosus, &
 amantissimus litterarum, ac litteratorum honinum.
 Moritur anno Christi M D LXIIII.

Hoc opus exegi florentibus integer annis:

Bis duo cum natus lustra Sabinus eram.

Tempore quo Geticos rex Ferdinandus in hostes

Arma, suo bellum fratre gerente, tulit.

Vnanimis cum quo regni moderatur habenas:

Et graue terrarum sustinet orbis onus.

Viuite Semidei, concordes viuite fratres:

Omnia sub vobis vesper, & ortus erunt.

Vos metuat primus, vos ultimus horreat orbis:

Vos &, si qua parum terra veretur, amet.

M A X I M I L I A N V S I I .

FERDINANDO Patri in imperio successit:
 ex rege Hungariæ, Boemijæque rex Romanus inau-
 guratus: ac deinceps viuo parente Imperator saluta-
 tus. De cuius gubernatione nihil addendum puta-
 mus: hoc tantum precamur: vt ipse imperatoria
 sua maiestate, ad gloriam Dei, Ecclesiæ Rciique pu-
 blice salutem vtatur.

Si quis erit reges inter numerandus auitos:

Gracia quos iactat, Romuleumq; solum:

Si

Si quis amans patriæ, paciꝝ, paratus, & armis:

Qui sancta curet religionis opus.

Si quis Cecropia doctus, Latiaeꝝ Minerue

Artibus, & Clarij cura, salusq; chori.

Si quis erit iuris custos venerandus, & equi:

Dispeream, nisi tu, Maxime Cæsar, eris.

Qui nunc imperij, rerumq; potitus habenis:

Prægraue sustentas gentis, & orbis onus.

I 3 LECTO-

Si quis amans patriæ, paciꝝ, paratus, & armis:
Qui sancta curet religionis opus.
Si quis Cecropia doctus, Latiaeꝝ Minerue
Artibus, & Clarij cura, salusq; chori.
Si quis erit iuris custos venerandus, & equi:
Dispeream, nisi tu, Maxime Cæsar, eris.
Qui nunc imperij, rerumq; potitus habenis:
Prægraue sustentas gentis, & orbis onus.

L E C T O R I S.

Libuit ad Cæsares nostros adjice-
re trium insignium poëtarum, Auso-
nij, Micylli, Vrsini, eadem de re e-
legantissimos versus : quod dignos
esse existimarem diligentis omnium
lectione : cum ob plenam, & condi-
tam breuitatem : quæ memoriae in-
seruit : tum ob miram solertiam, ver-
borumq; argutiam : quæ, veluti con-
dimentum aliquod suauius, iucun-
dum efficit hoc scripti genus. Quam
& ipsam operam nostram, mi lector,
boni consule, ac fruere.

Vale.

A V S O N I I A V R E -
L I I , E T I A C O B I M I C Y L -
L I I N C A E S A R E S R O M A N O S ,
 Græcos, Germanicos Tetraasticha.

I U L I U S C A E S A R .

A V S O N I I .

*Imperium binis fuerat solenne quod olim
 Consulibus, Cæsar Iulius obtinuit.
 Sed breue ius regni, sola trieteride gestum,
 Perculit armatae factio sœua togæ.*

O C T A . A V G V S T V S .

*Vltor, successorq; debinc Octavius, idem
 Cæsar, & Augustus, nomine nobilior.
 Longæua, & nunquam dubijs violata potestas,
 In terris positum credidit esse Deum.*

C L . T I B E R I V S N E R O .

*Prænomen Tiberi natus Nero, prima iuuentæ
 Tempora laudato gesit in imperio.
 Frustrâ debinc solo caprearum clausus in antro,
 Quæ prodit vitijs, credit operata locâ.*

C . C A L I G V L A .

*Post hunc castrensis caligæ cognomine Cæsar
 Succedit Sœuo saiuor ingemio.*



Cædibus, incestisq; debinc maculosus, & omnib;
Crimine, pollutum qui superauit auum.

C L A U D I V S.

Claudius irrisus priuata tempore vita,
In regno specimen prodidit ingenij.
Liberti tamen, & nuptarum iussa secutus,
Non faciendo nocens, sed patiendo fuit.

D O M I T I V S N E R O.

Aeneadum generis qui sextus, & ultimus haeres
Polluit, & clausit Iulia sacra, Nero:
Nomina quo pietas, tot habet quoq; crimina vita:
Disce ex Tranquillo, quæ meminisse piget.

S E R G I V S G A L B A.

Spem frustrate senex, priuatus sceptræ mereri
Visus es, imperio proditus inferior.
Fama tibi melior iuueni: sed iustior ordo est,
Complacuisse debinc, displicuisse prius.

M. S Y L V I V S O T H O.

Aemula polluto gesturus sceptra Neroni:
Obruitur celeri raptus Otho exitio.
Fine tamen laudandus erit, qui morte decora
Hoc solum fecit nobile, quod perijt.

A. V I T E L L I V S.

Vita



Vita sors, mors fœda tibi, nec digne Vitelli,

Qui fueris Cœsar : sic tibi fata placent.

Vmbra tamen breuis imperij : quia præmia regni

Sæpe indignus adit, non nisi dignus habet.

FL. VESPASIANVS.

Querendi attentus, moderato commodus vſu

Auget, nec reprimit Vespasianus opes.

Olim qui dubiam priuato in tempore famam

Par alijs princeps transtulit in melius.

TITVS VESPASIANVS.

Felix imperio, felix breuitate regendi :

Expers ciuilis sanguinis, orbis amor.

Vnum dixisti moriens te crimen habere :

Sed nulli de te, non tibi credidimus.

DOMITIANVS.

Hactenus ediderat geminos gens Flavia iustos :

Cur duo quæ dederant, tertius eripuit ?

Vix tanti est habuisse illos : quia dona bonorum

Sunt brevia : eternum, quæ nocuere, dolent.

NERVA.

Proximus extincto moderatur sceptra tyranno

Nerua senex, princeps nomine, mente parens.

Nulla viro soboles : imitatur adoptio prolem :

Quam legisse iuuat, quam genuisse velit.



VLP. TRAIANVS.

Agreditur regimen viridi Traianus in ævo :

Belli laude prior: cætera Patris habens.

Hic quoq; prole carent, sociat sibi sorte legendi :

Quem fateare bonum, diffiteare parem.

AE利VS HADRIANVS.

Aelius hinc subiit, medijs præsignis in actis :

Principia, & finem fama notat grauior.

Orbus & hic, sociatq; virum documenta daturum

Asciti quantum premineant genitis.

ANTONINVS PIUS.

Antoninus ab hoc regimen capit, ille vocatu,

Consultuq; Pius, nomen habens meriti.

Filius huic fato nullus : Sed lege suorum

A patria sumisit, qui regeret patriam.

M. ANTON. PHILOSOPHVS.

Post Marco tutela datur : qui scita Platonis

Fecit ad imperium, patre Pio melior.

Successore suo moriens, sed principe prauo,

Hoc solo patriæ, quod genuit, nocuit.

L. VERVS ANTON.

Lucius imperij consors, generisq; receptus

Cum Marco pariter Cesaris arma gerit.

Sed



Sed fratri virtute impar, viteq; soluta:
Dum bene adhuc potuit, morte repente cadit.

COMMODVS.

Commodus insequitur pugnis maculosus arenæ:
Threicio princeps bella mouens gladio.
Eliso tandem persoluens gutture pœnas:
Criminibus fassus matris adulterium.

AE L. PERTINAX.

Aeli iudicio, & consulo leête Senatus,
Princeps decretis prodite, non studijs.
Quod doluit malefida cohors errore probato:
Curia quod castris cesserat imperio.

DIDIVS IVLIANVS.

Dij bene, quod spolijs Didius non gaudet opimis:
Et citō periuero præmia ademta seni.
Tuq; Seuere pater, titulum ne horresce nouantis:
Non rapit imperium vis tua, sed recipit.

SEPTIMVS SEVERVS.

Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Ifstro:
Ut parricida regna adimat Didio.
Punicæ origo illi: Sed qui virtute probaret.
Non obstat locum, cum valet ingenium.

BASSIANVS ANTON. CARA-
CTER CALLA. MIMIXAM
Disi-

Dissimilis virtute patri, & multò magis illè
 Cuius adoptiū nomine te perhibes.
 Fratria morte nocens, punitus sine cruento,
 In risu populi tu Caracalla iaces.

P O P I L I V S M A C R I N V S , C V M
 D I A D V M E N O F .

Princeps hic custos, sumitum pro Cæsare ferrum
 Veritis in autorem cade Macrinus iners.
 Mox cum prole ruit : grauibus pulsare querelis
 Cesset perfidiam : qua patitur, meruit.

A N T O N I N V S V A R I V S H E -
 L I O G A B U L V S

Tunc etiam Augustæ sedis penetralia fœdas
 Antoninorum nomina falsa gerens ?
 Quæ nunquam neq; turpe magis, neq; tristius ullus
 Monstrum Romano sedit in imperio.

I A C O B I M I C Y L L I .
 ALEXANDER SEVERVS.

Persarum domuit vires, atq; arma Seuerus :
 Nomen Alexandri, & fortia facta sequens.
 Mox cum matre tuas dum lustrat Rhene cohortes:
 Iustus ab iniusto militis ense perit.

M A X I M I N I P A T E R E T F I L -
 His



Hic Thrax obscuro factus de milite Cæsar,

Finibus intendit prælia Teutonicis.

Sed male dum regnat, cæsus cum Principe nato,

Exemplo pœnas pertulit ipse suo.

GORDIANVS PATER ET F.

Legerat hos clara natos de stirpe Senatus :

Cum Thrax in castris imperium arriperet.

Sed fortuna magis valuit, quam sanctio Patrum :

Barbarus exitium miles vtrigq; tulit.

PVPIENVS QVI ET MAXI- MVS CVM BALBINO.

Legit & hos contra sordes gens Romula Thracū :

Dum dolet amissum, victa pudore, decus.

Sed neg, tunc illis melior fortuna resulfit :

Cæsare nam victo victor vterg, cadit.

GORDIANVS IVNIOR.

Tertia tot victis succedit Gordia proles :

Publica quo felix res Duce rursus erat.

Inuidit fortuna iterum : dum victor oberrat

Arsacidus inter, vincitur à socero.

PHILIPPI, PATER ET FIL.

Imperium, generi pollutum cæde, Philippus

Occupat, & fasces, impius, Ausonias.

Mox



Mox nato Romæ socios imponit honores :
Sed necat exemplo miles vtrunq; pari.

DECII, PATER ET FILIUS.

Pannonijs Cæsar Decius generatus in oris,
Cum nato ē castris venit ad imperium.
Mox tamen arma Gotbis dum moritur, cæde perētus
Panas, quas Christo debet, vterq; luit.

GALLVS HOSTILIANVS
CVM FILIO VOLVSIANO.

Post Decios Gallus, cum nato, Cæsar habetur :
Insignis turpi fædere, deinde lue.
Hic primus Scythicæ soluit stipendia genti :
Dij bene, huic regnum quod tribuere breue.

AEMLYLIANVS.

Maurus erat, qui dum ferro premit arma Gothorū,
In castris iussus suscipit imperium.
Sed quia barbaries generis mox visa pudenda est :
Qui dederant, ijdem huic imperium eripiunt.

LICIN. VALERIANVS.

Hunc genus, & magni studia euexere Senatus :
Sed vis ignauo defuit ingenio.
A Sapore captus Persarum rege, per omnem
Aetatem turpi vixit in exilio.

Gallic-

R O M A N I . 1 4 1
G A L I E N V S .

Hic prima Augustus cum patre aetate creatur :
Mox vitium, luxu perditus , omne fouet.
Ergo & triginta tunc surrexere tyranni :
Ipse obit, obfesso captus ab Aureolo.

C L A V D I V S .

Claudius antiquos referens cum nomine mores :
Spe patrum magna venit ad imperium.
Mox, casis Gothicis terraq , mariq cateruis,
Sicca, post multos, morte domi moritur.

Q V I N T I L I V S .

Par erat hic fratri vita , & virtute futurus :
Ni fugeret cæpto protinus imperio.
Nang , sibi ipse manus, hoc vno fortis, adegit :
Dum metuit vires Aureliane tuas.

A V R E L I A N V S .

Hic quoq , Barbarico varios ex hoste triumphos
Rettulit, in castris fortis, in vrbe ferus.
Idem represis hic abstulit arma tyrannis :
Indignus serui qui caderet manibus.

T A C I T V S .

Post interregnum Tacitus, censente Senatu,
Accipit imperium, vir grauis, & sapiens.

Sed



Sed quem consilio populus, patresq; crearunt:
Militis insana seditione perit.

F L O R I A N V S.

Post cædem fratris, fasces hic arripit ultrō :
Vi captans, Tacitus quod probitate nequit.
Mox tamen aduentu potioris territus idem,
Ipse sua, missō sanguine, sponte cadit.

P R O B V S.

Hic virtute potens, & rerum laude suarum,
Consensu magno venit ad imperium.
Sed qui Romanis totum pacauerat orbem :
Concidit infando militis ense sui.

C A R V S.

Hic quoque Cæsareos virtute æquauit honores :
Sauromatum inuicta dum premit arma manus.
Sed dum Parthorum bello idem scutis in agris :
De cœlo (mirum) fulmine tactus obit.

N V M E R I A N V S.

Huic cum fratre dedit genitor consortia regni :
Sed breve laticia tempus virisque fuit.
Nam post fata patris, dum Tigridis arua pererrat :
Insidijs socii, & fraude peremtus, obit.

C A R I N V S.

AII

*Ast hic Illyricos, & regna à patre relicta
Dum scelere, & stupris polluit omnijugis :
Viētus mox armis à successore Diocle :
Vltrici cecidit militis ense fūi.*

DIOCLETIANVS.

*Barbarus hic seuis Aegyptum contudit armis :
Christicolumq; dedit millia multa neci.
Mox senior patris, regni pertasus, in hortis
Dedit : & ipse sua sponte venena babit.*

MAXIMIANVS.

*Hic socius regni factus, censente Diocle,
Gallorum motus reprimit, & Libyæ.
Mox suasu eiusdem priuatis vixit in agris :
Sed genero insidias dum parat, ipse perit.*

CONSTANTIVS CHLORVS.

*Hic Helenæ coniunx, Gallos cum pace regebat :
Viribus oppressis, trux Alemanne, tuis.
Mox Constantino de se rectore creato,
Ipse Britannorum clausit in orbe diem.*

GALERIVS ARMENTARIVS.

*Armenios, Persasq; suis hic contudit armis :
Dum tu, Constanti, Gallica rura tegis.
Post morbo absuntis genitalibus, ipse pari se,
Qua fuit in reliquos, asperitate necat.*

K Seuerus



Hic dum Maxentij voluit sedare tumultus :
 Obseditq; armis Romula tecta suis.
 A proprio, indigno, confessus milite, casu,
 Cum vita pariter clausit & imperium.

MAXIMIANVS IVNIOR.

Ast hoc exemplo monitus, metuensq; pericli :
 Militibus cessit persida castra suis.
 Fortis in imbelles, & Christi nominis hostis :
 Inguine cui pœnas vermiculante dedit.

MAXENTIVS.

Imperij fasces, & maiestatis honorem,
 Huic turba in castris seditiosa dedit.
 Sed male quæsumum casu peiore relictum est :
 Nam mersus perit flumine Tibri tuo.

LICINIVS.

Nec tua fors, Licini, melior, neg, fata fuerunt :
 Qui bellū effugiens funera, pace cadis.
 Sed dedit hoc tua barbaries : qui summa Deorum
 Munera censueras dicere perniciem.

CONSTANTINVS MAGNVS.

Hic Helena natus, pulcro cognomine, Magnus,
 Eoas gentes rexit, & Hesperias.

Idem Bi-

*Idem Bizanti nomen mutauit, & vrbum:
Primus qui coluit numina, Christe, tua.*

DALMATIVS.

*Fratribus hic consors tribus a genitore relictus,
Imperiū titulos tempora pauca gerit.
Nam post fata Patris, patrueli filius aufert,
Et vitam, & dederat quod pater, imperium.*

CONSTANTINVS II.

*Diuiso imperio tres inter nomine fratres :
Hunc sors præfecit finibus Hesperijs.
Sed dum plura cupit, fratremq; ad bella lacefit :
Cum vita acceptas liquit auarus opes.*

CONSTANS.

*Ast hic sublato dum fratre, atque hoste, superstes
Italiā sibi iam, & Gallica regna tenet :
Magnentij scelere, & castrensi fraude perentus :
Exitium fratris vindicat ipse suo.*

MAGNENTIVS.

*Non fauet indignis yltrix Rhamnusia factis :
Et quanquam sero, vindicat illa tamen.
Sic bello amisit regnum hic, quod fraude pararat :
Post etiam ipse suo mortuus ense cadit.*

CONSTANTIVS.

K 2 Vindicat



Vindicat hic fratrī cædem, reprimitq; tyrannos :

Et triplicis regni munia solus adit.

Mox tamen aduersa febri correptus, & ira,

Ipsum dum nequit vincere se, moritur.

IVLIANVS.

Priuatus monachum fuit, & te Christe professus :

Mox Cesar Magica poscit ab arte fidem.

Non malus imperio, nec contempnendus in armis :

Sed leſi euerit numinis ira virum.

IOVINIANVS.

Hic virtutis amans, sed rebus inutilis auctor :

Pacem, quam decuit tradere, ab hoste capi.

Sed breue ius regni, primoq; intercidit auo :

Conclavis nimio leſus odore noui.

VALENTINIANVS.

Teutonicos motus, Parthumq;, Gothumq;, repreſit :

Acceptumq; prius dedecus omne leuat.

Par priscis ducibus : sed dum responſa Quadorum

Legatis dictat, sanguine tactus obit.

VALENS.

Promouet hic Arijs celus, impugnatq; fideles :

Mox flagrat in parua victus ab hoste casa.

Felix, dum socius regni, cum fratre gubernat :

Impius, vt ſolus res tenet, atque miser.

Gratianus

GRATIANVS.

Hic Alemannorum memoranda clade ceteras,
 Haud procul à fluvio contudit Elle tuo.
 Mox dum securus peregrinis gaudet in armis :
 Militis infideli occidat ipse sui.

VALENTINIANVS IV-
NIOR.

Qui fratrem vita, regno hunc spolianit, & armis :
 Et manus Augustos prodidit vna duos.
 Sed tamen hic rediens vičto te Maxime , rursum
 Per fraudem laqueo guttura vinctus obit.

THEODOSIVS MAGNVS.

Optimus hic Princeps, & vero nomine Magnus
 Barbariem toto depulit imperio.
 Et passim dextra casis ultrice tyrannis,
 Tranquilla soluit lumina morte senex.

ARCADIVS.

Diuiso imperio, genitor quod solus habebat,
 Eoīs princeps finibus iste datur.
 Qui nece Rusini, cum depulit arma Gothorum,
 Bizanti patria mox tumulatur humo.

HONORIVS.

At maior rerum moles hunc excipit : armis
 Africa, & Italia , & Gallia tota fremit.

K 3 Ipsaqz



*Ipsaq; Roma caput, Gothicis fit præda maniplis :
Quam cupis hoc Stilico disimulare nefas ?*

THEODOSIUS II.

*Hic puer imperium moriente à patre relicum,
Plurima sub placida tempora pace regit.
Sed dedit hoc Persæ bonitas tutoris : vt hostis
Eoas vellet lèdere nullus opes.*

VALENTINIANVS III.

*Hoc cadit omne decus sub principe: Saxo Britanovs,
Gallica Francus init, Bætica regna Gothus.
Vandalus hinc Afros, Italos hinc Attila vastat :
Ipse cadit Cæsar militis ense sui.*

MARTIANVS.

*Haec tenus Aufonij duravit gloria regni :
Et tenuit vires Itala terra suas.
Nang; hic securus dum res tutatur Eoas :
Vandalica cecidit diruta Roma manu.*

L R O.

*Afparis insidijs sublato rege priore :
Graius hic Eoum venit ad imperium.
Interea, externū dum Roma exhausta per hostem,
Motibus ipsa suis perdita, tota ruit.*

Z E N O.

Dum

Dum Zeno imperium, nato tradente, gubernat:
 Italia binc Herulis præda fit, inde Gothis.
 Hos Theodericus, illos Odoacer agebat:
 Heu quantum à veteri res fuit ista statu!

I M P E R A T O R E S G R A E
 C I , Q V I G O T H O R V M E T
 Longobardorum temporibus
 imperarunt.

A N A S T A S I V S D I C O R V S.

Cognomen Dicori dedit huic pupilla biformis:
 Vixit pacifica tempora longa manu.
 Sed tamen Eutychij fecit doctrina nocentem:
 Creditur hinc flammis mortuus esse Iouis.

I V S T I N V S T H R A X .

A pecore, & stabulis, fuit hic in regna receptus:
 Militis hoc emtus contulit ære fauor.
 Quem tamen ipse dolum multa bonitate rependit:
 Virtutum, & verae religionis amans.

I V S T I N I A N V S .

Hic Persas domuit, Libyam, Romamq[ue] recepit:
 Atque viuis triplici victor in orbe fuit.
 Idem composuit dispersas ordine leges:
 Dum pacem studio tradit, & arma pari.

K 4 Iustinus



IVSTINVS MINOR.

Ingenio, & pietate Minor, non tempore tantum

Hic fuit: ast ingens cultor auaritiae.

Regna sub hoc longi ceperunt Itala Bardi:

Ipse pedum morbo, mentis egenus, obit.

TIBERIVS.

Ast hic diuitias regum elargitur egenis:

Erga alios facilis, nec grauis ipse sibi.

Deuicit Persas, & successore creato,

Ipse domi placida morte quietus obit.

MAVRITIVS CAPPADOX.

Cappadocum genere hic, regno virtute parato,

Reppulit hinc Hunnos, reppulit inde Scythas.

Sed tribus à Phoca cum natis cæde peremtus:

Omnes qui vici, victus auaritia est.

PHOCAS.

Hostibus hic totum lacerandum præbuit orbem:

Dum stabilit regnum, Romule Papa, tuum.

Nomine, regis idem, vitioq[ue] obnoxius omni:

Vitæ, quam meruit, crimina, morte luit.

HERACLIUS.

Tempore quo primas Arabum Mahometa catervas

Duxit, hic Eoo præfuit imperio.

Occidit



*Occidit Persas, Christum eiurare iubentes :
Inguinis interij turgiditate sui.*

C O N S T A N T I N V S III.

*Filius hic regni patrias accepit habendas :
Vir pius, & generis fama futura sui.
Sed fauit fortuna malis : nam fraude nouerce,
Dum parat hæc fratri sceptra, venena bibit.*

M A R T I N A C V M F I L I O.

*Nulla diu constanti violenti præmia facti :
Et scelere acceptum per scelus eripitur.
Hæc lingua, hic naso truncati turpiter ambo
Clauerunt fato sceptra, dieq; pari.*

C O N S T A N S II.

*Multa hic diuersos regni molitus in hostes :
Nil præter cædem rettulit, atque fugam.
Mox grauis ipse suis, Latium spoliauit, & vrbum :
In thermis igitur dum lauat, opprimitur.*

C O N S T A N T I N V S P O-
G O N A T V S.

*Vindicet ut patrem, Siculos mouet arma per agros:
Victori nomen cui noua barba dedit.
Mox Arabum septem terraq;, mariq; per annos,
Agmina multiplici territa clade domat.*

I V S T I N I A N V S II.

K s Hic



Hic Arabum pulsis Libyam pacauit ut armis :
 Nare fugit truncâ pulsus in exilium.
 Mox ope barbarica rediens, atq; arma retractans:
 Dum successorem vindicat, ipse cadit.

LEONTIUS QVI ET LEO.

Hic Heracliden folio deiecit aucto :
 Fraude sacerdotis dum rapit imperium.
 Sed videt hoc Nemesis: nam regno captus ademto,
 A victo pœnas, quas capit, ipse dedit.

TIBERIVS III.

Clasicus Augustum creat hunc exercitus : armis
 Dum Leo, vi raptum, continet imperium.
 Ergo c' reguantem capit, atq; in carcere seruat :
 Dum rediens exul Cesar vtrung; necat.

PHILIPPICVS.

Hic quoq; vi partum , vi regnum amittit eadem :
 Et reliquum vitæ, luminis orbus, agit.
 Sine hoc impietas fecit , seu factio patrum :
 Illum qui rebus distinuere sacris.

ARTEMIVS QVI ET ANASTASIVS.

Hic pius affectat, Papa famulando , vocari :
 Dum placita illius, dictaq; cuncta probat.
 Nec tamen euasit : nam quos mittebat in hostem,
 Vicit ab his, monachi claustra coactus obit.
 Theo-



THEODOSIUS ATRAMY-
TENVS.

Hic fugiens regnū, regno pertractus ad arma est :

Quamuis nec longe sic quoq; sceptra tenet.

Nam dum praefecti bello infestatur Eoi :

Cedit huic regnum : deditur ipse sacris.

LEO ISAVRVS.

Insignis proprio scelere hic, & clade suorum est :

Quorum pars ferro, pars periēre lue.

Nam dum ipse effigies diuorum impugnat, & vrit:

Vis Arabum Eos vexat, & Hesperios.

CONSTANTINVS COPRONY-
MVS.

Egerit hic alium, sacro dum fonte lanatur :

Quæ puerō nomen res dedit insolitum,

More patris, cineres proculat, & ossa piorum :

Inde senex turpi fertur obisse lepra.

LEO IIII.

Aemulus hic patris, rapto diademe sacro,

Exornasse comas dicitur ipse suas.

Ergo & sacrilegam mox percultit vltio frontem :

Vstus, obit, facto tuberis igne, caput,

CONSTANTINVS VI.

Pristinus hoc tandem redit sub principe cultus :

Et



*Et pax diuorum vénit imaginibus.
Ipse autem, quia ferre negat consortia matris:
Effosis oculis, carcere vinclus obit.*

IRENE.

*Bis tenet hæc regnum: totiesq; repulsa fit exul:
Fœmina non ullus post memoranda viros.
Tum demum Hesperia regnum se scindit Eoo:
Alteraq; imperio est pars data, Magne, tuo.*

IMPERATORES GRAE CORVM POST DIVISIO- nem Imperij.

NICEPHORVS.

*Dum muliebre putat nimis intolerabile regnum:
Hic factus longè est intolerabilior.
Sed tamen inuenit dignas Rhamnusia pœnas:
Obrutus in castris nocte silente, perit.*

STAVRATIVS.

*Ast hic elapsus nocturna è cæde parentis,
Saucius imperij protinus arma rapit.
Noluit hoc fortuna pati: Solioq; repulsus
Cætera cum monachis tempora clausus agit.*

MICHAEL CVROPLATES.

Si

Si quam pace bonus, tam fortis ad arma fuisse :
 Posset & hic magni nomen habere ducis.
 Sed trepidus pugna postquam superatus in una est :
 Sponte sua cæptum deserit imperium.

L E O . A R M E N I A C V S .

Impius in superos, sed belli viruidus idem,
 Victa Triballorum contudit arma Leo.
 Post tamen iniurias iusto quia senior esset :
 In fiducijs Trauli, & cæde peremptus, obit.

M I C H A E L T R A V L V S .

Hunc neq; gentis honos, proprij neq; gratia facti,
 Sed Domini cædes traxit ad imperium.
 Bella tamen gesit : regnumq; auerit ab hoste :
 Sponte ferens nato, fraude quod ipse tulit.

T H E O P H I L V S .

Ast hic dum proprij sequitur vestigia patris :
 Regnq; collecta pacat ab hoste manu :
 Italia extremas vietus cum classe per oras,
 Mæstus, inopsq; animi, fata dolore subit.

T H E O D O R A .

Exemplo Irenes regnum Theodora capessit :
 Et nati consors famina facta sui est.
 Sed quia rara manet socij concordia regni :

Mox



156

CÆSARES

Mox eadem in claustris viuere iussa fuit.

MICHAEL THEOPHILI.

Hic dum Romanum placat sibi munere Papam :
Turpiter interea fūsus ab hoste fugit.
Mox, sociam regni qui matrem ferre negārat,
Captiuo à socio morte peremtus obit.

BASILIVS MACEDO.

Hic genere obscurus, regnum sibi cāde parauit :
Sed scelus hoc texit cātera fama viri.
Grassantes Arabes ipsos, classemq; repressit :
Ictu pōst cerui, quem petit, interijt.

LEO BASILII.

Doctior hic alijs, sed nec successibus impar :
Non semel hostiles fudit & ipse manus.
Arma sub hoc tandem mouerunt principe Turci :
Ipse perit ventris debilitate sui.

ALEXANDER.

Ast hic dissimilis patri, & virtutibus impar :
Segnis Alexandri nil nisi nomen habet.
Ergo etiam moritur, vita de nare fluente :
Et breue huic regnum crapula multa facit.

CONSTANTINVS. VII.

Hic cum matre diu patriam defendat ab hoste
Mox



Mox sociam regni misit in exilium.
Hinc Italos bello tentauit, & inde Triballos :
Ipse tamen placida morte quietus obit.

R O M A N V S L E C A P E N V S.

Non satis huic regni est , pariter quod sceptr'a gu-
Infidias genero sed struit ipse suo. bernalat
Ergo etiam meritas soluit pro crimine pœnas :
Natus cum geminis actus in exilium.

R O M A N V S I V N I O R.

Hic duce te, Phoca, Turcas , Arabesq; repreſſit :
Ipſe voluptati deditus , atq; mero.
Impius in patrem, & profantes e're sorores :
Dij male, quod sero toxica mixta bibit.

N I C E P H O R V S P H O C A S.

Hic virtute potens, mulierum contudit arma :
Dum vocat ad veterem perdita regna ſlatum.
Sed Parcæ vicere tamen : nam fraude fuvorum,
Occidit in thalamis proditus ipſe ſuis.

I O H A N N E S Z I M I S C E S.

Regnat hic, occifso, cuius bonitate profectus,
A ludo, & pueris impar ad arma fuit.
Sed tamen & viatos domuit cum rege Triballos :
Haec virtus : vitam toxica pota necant.

B A S I-



BASILIVS.

Hic regnum decies quinos produxit in annos.
 Atq; foris cæsis hostibus, atq; domi.
 Idem quindecies cœcavit mille Triballos:
 Hinc moriens fratri tradidit imperium.

CONSTANTINVS VIII.

Hic senior regnum capiens à fratre quietum;
 Luxurie tempus deditus omne fuit.
 Tartaricus tamen hoc sub principe vincitur hostis:
 Quæ tua tota fuit gloria Diogenes.

ROMANVS ARGYROPYLVS.

Hic gener imperio, saceri post fata, recepto,
 Principio bonus, & fortis ad arma fuit.
 Mox acie vicit, vitam est ingressus inertem:
 Coniugis ergo dolis mergitur inter aquas.

MICHAEL PAPHLAGO.

Huic dedit imperium, quæ mersit fraude maritum:
 Dum forma captam vexat amore Venus.
 Multa tamen regno benefecit Barbarus idem:
 Donec aqua periyt, quæ facit hausta sitim.

MICHAEL CALAPHATES.

Perfidus hic socio voluit depellere regno:

Aucto-



*Auctores regni quos habet ipse sui.
Dy venuere nefas : nam lumine fossus vtrog_s,
In tenebris perit, qui modo fulgur erat.*

Z O E E T T H E O D O R A .

*Calaphata scelus, & regni benefacta prioris,
Imperium Zoë restituere tibi.
Addita cui soror in partem est, sed tempore paruo :
Dum prohibet viduam te Venus esse diu.*

C O N S T A N T I N V S M O N O M A C H V S .

*Hunc sociū thalami, & confortem in regna vocatū
Longinquo Zoë traxit ab exilio.
Turcica quo tandem creuerunt principe regna :
Dum male vicinas ipse tuetur opes.*

T H E O D O R A .

*Post tot fata virūm Germanæ sola superstes,
Imperiū hec annis sceptra duobus habet.
Quantum bella solent secura cedere paci :
Tantum principibus præstítit illa viris.*

M I C H A E L S T R A T I O T I C V S .

*Accipit hic regnum titulo tenus, obfitus annis,
Et bene tractandis rebus inutilior.
Indignum populo visum hoc, & patribus : ergo
Castrorum pulso substituere ducem.*

I S A A C I V S C O M N E N V S .

L Forfan



Forsan & hic magnos æquaret laude triumphos :
 Debita si liceat claudere fata seni.
 Sed quia vix sumtis, morbo vexatur, habenis :
 Imperium, monachi claustra, perosus, obit.

CONSTANTINVS DVCAS.

Nec minus hic fuerat meliores inter habendus :
 Si modò vitasset crimen auaritiae.
 Quo patrie simul iniussis mox factus, & hosti :
 Sed tamen & moriens precauet ante suis.

EVDOCIA.

Hec vidua, vt natis seruaret iura parentis,
 Post mortem sumxit coniugis imperium.
 Sed quia fœmineis male bella geruntur in armis :
 Mox eadem à populo est nubere iussa viro.

ROMANVS DIOGENES.

Turcarū metus huic regnum, thalamosq; paravit :
 A quīs post captus, qui modò victor erat.
 Sed cui captiuo parcit tam barbarus hostis :
 Huic reduci ciues eripuere diem.

MICHAEL PARAPINACIVS.

Hic regnum à scelere incepit, cum coniuge, pulsæ
 Matre : sed exemplo mox fugit ipse pari :
 Tunc cum dira famæ totam vexauerat urbem :
 Sed factus monachus consulit ipse sibi.
 Nicepho-



NICEPHORVS BOTONIATES.

Hunc regem fecit socordia magna prioris :
 Quanquam etiam ipse foret regibus ortus anis.
 Perfidia fratrum, quorum sua credidit armis,
 Compulsus monachi claustra subire fuit.

ALEXIVS COMNENVS.

Diripit hic patriam, dum regnum queritat armis :
 Quodq; hostes nequeunt, impius ipse facit.
 Post ramen illa senex, que iunior absulit orbi,
 Pupillis pueris, virginibusq; dedit.

CALOIOANNES.

Hic melior bello Turcos , Persasq; repressit :
 Addidit & regno mœnia multa nouo.
 Sed senior venans, arcum dum tendit in aprum;
 Mortuus est itc; vulneris ipse sui.

MANVEL COMNENVS.

Hic nostris bello Sôlymam repetentibus vrbeim,
 Abdita gypsato farre venena dedit.
 Omnibus infestus, nulli satis æquus amicus :
 Postremo monachus tempore faclus, obit.

ALEXIVS.

Pupillus patri succedit Alexius : at mox
 Crimine tutoris , perfidiasq; perit.

L 2

Nec



Nec satis ad scelus hoc : truncæ ceruice per vndas,
 (Tanta fides regni) spargitur æquoreas.

ANDRONICVS COMNENVS.

At scelere hic partum, sublato principe , regnum
 Secutia iniurium reddidit ipse sua.
 Ergo manu truncus mox idem , ac luminis orbus,
 Spectaculum propria captus in vrbe fuit.

ISACIVS ANGELVS.

Comiter in Syriam nostros tractauit euntes :
 Et socius regni vixit hic Hesperij.
 Sed perit à proprijs: nam frater ab hoste redemptus,
 Abstulit huic alnum, quem dedit ipse, diem.

ALEXIVS ANGELVS.

Impius hic fratrem regni spoliavit habenis :
 Munere seruatus cuius ab hoste fuit.
 Sed melius nostri, sceptro qui rursus ademto,
 Imperium socio restituere suo.

ALEXIVS IVNIOR
ISACII F.

Hic puer eiecto patri reparauit habenas :
 Mox vita functi suscipit ipse vices.
 Felix, ni proprij cecidisset fraude ministri :
 Cui tamen & finem mors tulit ista suum.

IMPE-

IMPERATORES GAL-
LICI QVI POST ALEXII
cædem Constantinopoli
regnârunt.

BALDVINVS FLANDRENSIS
COMES.

Hæc tenus Eoum tenuit gens Pontica regnum :
Cædibus, & crebra seditione potens.
Primus hic è Gallis vacuas accepit habendas :
Imperio fines restituit q̄j suo.

HENRICVS BALDVINI FR.

Accipit hic regni sedes à fratre reliq̄as :
Filia Myforum cui data nupta Ducis.
Sed dum Thessalam lustrat, regemq; coronat :
Deceſſit, genero ſceptra dedit q; suo.

PETRVS ANTISIDORENSIS.

Hic gener vxoris regno cum dote recepto,
Irrita cum Gracis prælia pauca gerit.
Sed mox perfidia deceptus, & arte Pelasga,
Inter mensarum ſacra peremitus, obit.

ROBERTVS.

Ast hic dum properat capto succurrere patri :
Comperit heu ſponsæ triftia damna ſue.

L 3

Hæc



164

C A S A R E S

Hec quoque festinans vlcisci, morte recumbit :
Sic nihil imperio contulit ille nouo.

B A L D V I N V S . I I .

Vltimus hic solio, Gallorum sedet Eoo,
Saluus, dum socii se tegit arte sui,
Qui simul ac fato est functus, circundatus ille
Hostibus, & regno deficiente, fugit.

I M P E R A T O R E S G R A E
C I , Q V I C O N S T A N T I N O -
polin vscq; dum à Turca capta
est tenuerunt.

M I C H A E L P A L A E O L O G V S .

Græculus hic patria Græcos sibi fraude subegit :
Dum pasim cunctos ejcit arte duces.
Sed moriens dignas soluit pro crimine pœnas :
Dum iacet immundis præda relicta feris.

A N D R O N I C V S .

Hic multa à proprio perpersus damna nepote est :
Sed culpam patris fors huit ipse sui.
Eiectus regno, rursusq; reductus, ab hoste,
Quam dare noluerat, mox petijt veniam.

A N D R O N I C V S I V N I O R .

Dum

Dum petit hic ab auro regnum per bella paternum:
 Sæpe premit miserum iunior ipse senem.
 Mox tamen, ut solus partas moderatur habenas :
 Seruat tranquillas , pacis amator , opes.

IOANNES CATACVZENVS.

Hic tutor pueris, inuasit regna , relictus :
 Mox pulsus, Turcæ sceptræ resumit ope.
 Atq; ita Barbaricæ patefacto limine genti,
 Ipse iterum electus , claustra subit monachi.

IOANNES PALAEOLOGVS.

Pellitur hic regno , rursumq; reducitur idem :
 Atq; suis sacerorum deyicit auxilijs.
 Vt ilis ipse sibi , & facto sceleratus eodem :
 Hostem quod patrie duxit in arua nouum.

MANVEL.

Ast hic tranquilla peragit sua tempora pace :
 Vir bonus , & fidei, iusticieq; tenax.
 Hinc nihil illius fertur memorabile : demto,
 Natorum septem quod pater unus erat,

IOANNES.

Maximus hic natu patrijs successit habenis :
 Pacis & ipse, sui more parentis , amans.
 Romanum coluit magno obseruamine Papam :
 Hinc satis Italico tutus ab hoste fuit.

L 4 Constan-



166 CÆSARES

CONSTANTINVS VLTIMVS.

Vltimus hic tenuit labentis culmina regni :
Quem rapuit capta Turcicus vrbe furor.
Sic habuit finem tua Constantine propago :
Gloria Barbarie sic tua mersa iacet.

IMPERATORES GER-
MANICI TRANSLATO AD
Francos, & Saxones im-
perio.

CAROLVS MAGNVS.

Francorum primus Romane hic imperat vrbi :
Pontificis iussu lectus in imperium.
Saxonas, ac Hunnos domuit, longosq; Sueuos :
Et docuit Christi Teutona regna fidem.

LUDOVICVS PIVS.

Hunc pietas celebrem facit, & clementia morum:
Quamvis idem & quæ fortis ad arma fuit.
Anatis capitur regnum affectantibus : at mox
Restituit populus sceptræ, fidemq; viro.

LOTHARIVS.

Diviso in fratres regno, Lotharius arma
Cæsaris, & titulos accipit imperij.
Sed mox, sive hominum, seu rerum fata perosus
Imperium



GERMANICI. 167

Imperium nato, quod gerit, ipse dedit.

LUDOVICVS II.

Hunc genitor viuu regno suffecit, & armis;

Vindice que gesit tempora longa manu.

Tandem compositis bello, rebusq; paternis,

Insubrum moriens clausit in vrbe diem.

CAROLVS CALVVS.

Hic fratri regni praeuertit fraude nepotes;

Dum petit Augustas ambitiosus opes.

Britone debinc victo, vastantibus omnia Mauris,

Perfidia medici mortuus ipse sui.

LUDOVICVS BALBV.

Hic ope Pontificis patrias accepit habenas;

Itala cum nollet factio ferre virum,

Sed breue ius regni dedit huic infirmior etas;

Nam moriens annos occidit ante duos.

CAROLVS CRASSVS.

Pannonas, & Cimbros diuerso Marte subegit,

Carolus a crasso corpore nomen habens.

Sed bene quas iuuenis regni tractarat habenas;

His iterum senior despoliatus obit.

ARNVLPHVS.

L 5

Hic



Hic quoq; non modico vicit certamine Cymbros :
 Gallica dum vario regna timore premunt.
 Sed quia Diuorum spoliauerat impius aras :
 Idem, Syllana tare peremtus, obit.

LUDOVICVS III.

Excipit hic patrium, fato tanq; impare, regnum :
 Pacem nam verso victus ab hoste rogar.
 Mox etiam insidijs Veronæ ad mœnia captus :
 Hostica crudelij funera clade lauit,

CONRADVS I.

Vltimus hic veteri Francorum ab origine Cæsar,
 Imperium, socio fretus Othonē, gerit.
 Idem vi multa graffantes contudit Hunnos :
 Noricus Alpinos quâ secat Oenus agros.

HENRICVS AVCEPS.

Primus ad Arctoas hic sceptrum transtulit oras :
 Tanta fuit virtus, tantaq; fama viro.
 Vandalicos, Hunnosq;, & saeos Marte Boëmos
 Contudit, & populos Belgice Soratuos,

OTHO MAGNVS.

Hic fratrem, hic generum vicit, natumq; rebelle :
 Hic Hunnum, & populos, seue Boëme, tuos.
 Hic etiam Italiam dupli paenit ab hoste :
 Hunc habuit summum Saxonis ora virum.

Otbo



OTHO II.

Par animis patri, Gallorum hic vindicat artes :
 Et serit vtrices cum patruele manus.
 Sed dum reliquias Graiorum expugnat : ab hoste
 Auxilio lingue, atq; are redemptus abit,

OTHO III.

Hic septem instituit proceres : qui lege creato,
 Teutonicoq; Duci sceptra gerenda darent.
 Ipse autem Latia dum sedat in urbe tumultus :
 Oppressere pium toxica pota virum.

HENRICVS II.

Hic Flandros, Leucosq; domat, gentemq; Boemam :
 Hic Italum Argiuo liberat hoste solum.
 Idem & Pannonios veri præcepta Tonantis
 Edocet : hinc diuīm nomen & ipse gerit.

CONRADVS II.

Hic quoq; grassantes bello compescuit Hunnos :
 Adiecitq; iterum Gallica regna suis.
 Milite & Insubres cinxit : Romaq; regressus,
 Sueuorum, occiso, comprimit arma, duce.

HENRICVS III.

Imperat hic victis præstanta tributa Boemis :
 Hunnorumq; armis, opprimit arma, suis.

Mox



Mox etiam subigit nascentis regna Mosellæ :
Et noua Pontifici iura dat Ausonio.

HENRICVS I I I I .

Pontificum scelus, & peruersæ numina Romæ,
Hunc rerum varijs exposuere malis.
Sed qui perfidiam Latij , qui Saxonis arma
Vicerat ; a nato proditur ipse suo.

HENRICVS V.

Ast hic digna tulit deserti præmia Patris :
Exceptus diris, Romule Papa, tuis.
Insuper & scuīs expertus Saxonas armis :
Donec Pontificis iussa facit Domini.

LOTHARIVS SAXO.

Reppulit hic Sueuos, pro regno bella mouentes :
Et posuit motus, Itala terra , tuos.
Hinc pacis studia , & maiorum iura reuoluens,
Præcepit Latij illa docere scholis.

CONRADVS III.

Pace domi facta, Solymas hic tendit in oras :
Ut sacra Barbarico solueret arua ingo.
Sed mox insidie Thracum , gypsataq; farra,
Ingentes animos comminuere viri.

Fride

GERMANICI.

171

FRIDERICVS I.

Huic si par animo quondam fortuna fuisset:
Quanto Pontificum nunc foret ira minor?
Quia tamen id potuit, patriam defendit: & vnuis
Obstut imperijs, Roma superba, tuis.

HENRICVS VI.

Hic Calabros domuit, nec non & Iapygis arua:
Et dictam a triplici monte subegit humum.
Hinc contemtores Vbios, Heduoſg, repreſit:
Ultus perfidam, Belgica terra, tuam.

PHILIPPVS.

Hic quoq; Pontificum technis, atq; arte petitus,
Gessit dueris aspera bella locis.
Tandem ubi placatur sibi, quem modò vicerat, hoc
Securus cecidit militis ense sui. stis:)

ORTHO IIII.

Hic Papæ inſinuū cum regnum fraude pararet:
Sepe dedit turpem, non sine clade, fugam.
Mox verus Cæsar, cum ſceptrum lege teneret:
Pro precio diras rettulit Ausonias.

FRIDERICVS II.

Principe in hoc patuit Romani iniuria Papæ:
Et



Et quantum sceleris curia tota fouer.
 Qui nisi erat coptis toties retractus ab armis :
 Vnus nunc toto Cæsar in orbe foret.

CONRADVS IIII.

Hunc eadem tristis, que patrem , afflxit Erynnis :
 Pulsus & hic solio est fulmine Papa tuo.
 Et mox ob Latias desertus ab omnibus iras :
 Parthenope in patria finijt vrbe diem.

CONRADINVS.

Huic nato , sequitur dum regna à patre relicta,
 Pontificis pietas abstulit alma caput.
 Sic tunc externis erepta Neapolis armis :
 Sic orba est Ducibus Suevia facta suis.

HENRICVS LANDGRAVIS.
 Contulit huic sceptrum Romani factio Papa :
 Dum Friderice minis te premit ille suis.
 Conradum vicit bellum pro patre gerentem :
 Ipse cadit telis vrbs vetus , Vlma, tuis.

VVLHELMVS COMES BA
TAVIAE.

Hic quoq, Pontificis iussu tentauit habenas :
 Sed breue ius regni, gloria nulla fuit.
 A Phrisijs cæsus, vacuum rectore reliquit
 Annos, imperium post tria lustra, duos.

H i duo ab alijs non recensentur : quod per fa-
ctionem Papæ in locum Friderici , & Conradi filij ,
obtrusū magis fuerint : quam legitimè creati .

IMPERATORES QVI

POST INTERREGNUM, ET

extinctos Suevorum principes
imperarunt.

RUDOLPHVS.

Sufcipit hic tandem labentis pondera regni :
Addit & accisis vndig, rebus openi.
Bojs, & socijs deuictis marte Boëmis :
Lufstratoq, omni, qua Sala currit, agro.

ADOLPHVS.

Nil hunc excellens, nisi nomen , fata dederunt :
Victus Thuringo est , dum mouet arma , duci.
Mox etiam occisus , dum ponere sceptra recusat :
Hic ubi Vangionum mœnia Rhenus adit.

ALBERTVS I.

Hic natum imponit victis , pro rege , Boëmis :
Gallorumq, armis territat arma suis.
Sed velut ipse sui cædem primordia regni
Fecit : ita occisus fraude nepotis obit.

HENRI-



HENRICVS VII.

Italie populos, gentem sine fine rebellem,
 Dum premit hic iusto sub iuga Marte datos:
 Illi mixta dedit sacro sub pane venena,
 Emissus ad hoc precio Dominicaster opus.

LUDOVICVS BAVARVS
ET FRIDERICVS AV-
STRIACUS.

Hos geminos peperit procerum discordia reges:
 Dum sua pars studijs vtrag, vota regit.
Ast inita pugna, Bauarum fortuna secuta est:
 Quem mox Pontificum perdomuere minet.

CAROLVS IIII. CVM GV-
THERO.

Huic quoq, diuersum fecit discordia regem:
 Sed cito mors litem finijt alterius.
 Edidit hic auri dictam de nomine bullam:
 Dum stabilit regni, pacis amator, opes.

VVENCESLAVS.

Huic velut ignauo, nec Cæsare digna gerenti,
 Abstulit assensus, tradita sceptræ, patrum.
 Mox etiam frater comprehensum in vincula misit:
 Sic obit infelix, qui modò summus erat.

RUPERTVS.

Hic

Hic varijs Thuscos affecit cladibus agros :

Auxilium populis dum tulit Arne tuis.

Mox idem in patriam placida cum pace reuersus :

Sacrauit Musas ad vada, Nicre, tua.

SIGISMUNDVS.

Concilium procerum toto hic ex orbe coëgit :

Dogmata dum querit tollere secta vijs.

Quod si, vt pace bonus, felix ita Marte fuisse;

Quanto nunc esset res tua Turce minor ?

ALBERTVS II.

Hic quoq; Turcarum vires fregisset, & arma :

Ni raperent celeri numina morte virum.

Ense tamen domuit temerantes sacra Boëmos :

Eiecitq; suo cum duce Sauromatas.

FRIDERICVS III.

Consilijs, atq; arte potens hic tempora longa

Tranquillo vixit Cesar in imperio.

Ocia, quam bellum per totum maluit eum :

Conueniens factis hinc quoq; nomen haber.

MAXIMILIANVS I.

At seu pace domi, seu bello vincere malles :

Tempus ad vtrung; hic vtilis auctor erat.

Certaq; adhuc extant veterum monimeta laborū:

Quos videre hominum secla priora geri.

M CARO-



CAROLVS V.

Hunc si fata virum, si numina magna tuentur :

Idem erit Eois Cæsar, & Hesperij.

Hoc perhibent veterum præfigia magna virorum :

Hoc operum præ se facta priora ferunt.

FERDINANDVS.

Si genus, & triplicis species fastigia regni :

Hic quoque præcipuos inter habendus erit.

Sed tamen hac reliquas antestat gloria laudes :

Mite quod in magno cor gerit imperio.

MAXIMILIANVS II.

Subiulat ut graubus Iouis armiger altius alis :

Verberat ac pennis sidera celsa suis :

Sic tua te virtus, & gloria nubibus æquat,

Maxime, Teutonici spes, columnæq; soli.

C. VRSINI VELII
IN CÆSARES OMNES,
TAM ROMANOS, QVAM GRAB
cos, & Germanicos Disticha.

IVLIVS CÆSAR.

Quod prius imperium afferuit, mox occupat idem
Julius



Iulius : hinc Bruto percutiente cadit.

A V G V S T V S.

*Augustus Ianum clausit, post bella quietus :
Inde alii perijt lubricitate senex.*

C L . T I B E R I V S N E R O .

*Principio frugi Nero Claudio : inde fit atrox
Sæuitia : at prauifraude nepotis obit.*

C A I V S C A L I G V L A .

*Degenerem, ac scelere iniuisum mortalibus omni,
Chærea Caligulam Caſius enſe necat.*

C L A V D I V S C A E S A R .

*Dirus, & ignavius regnauit Claudio : illum
Abdita boleto toxica ſexu necant.*

D O M I T I V S N E R O .

*Qui matrem ferro, Romam qui perdidit igne :
Impius ipſe ſuo ſe ferit enſe Nero.*

S E R G I V S G A L B A .

*Sæuus, auarus erat Semeftri tempore Galba :
Sons Otho quem Curtij ſuſtulit ante lacum.*

S Y L V I V S O T H O .

*Quatuor impleuit menses Otho : cum male fortis
Transadgit ferro pectora ſponte ſua.*

A . V I T E L L I V S .

Ingluie infamis, tractusq; Vitellius vno,

Ludibriū populi, cæſus & ipſe fuit.

M 2

Fl. Vefpa-



*Excisis Solymis egit cum laude triumphum :
Stans pedibus Cæsar Vespasianus obit.*

TIT. VESPASIANVS.

*Inuidere Titum tantis virtutibus orbi
Fata, cui iuuenem quem rapuere breuis.*

DOMITIANVS.

*Degener, ac nulla virtute insignis, amici
Te merito occidunt, Domitiane, tui.*

NERVA.

*Nerua mares retuit castrari, commodus vrbi :
Qui senior, morbo debilitatus, obit.*

TRAIANVS.

*Cōmis hic in ciues Traianus, at hostibus asper,
Optimus, internis qui perit eger aquis.*

AE L. ADRIANVS.

*Pacis amans, varius, peragratoq; Aelius orbe,
Penè sibi agrotans intulit ipse manus.*

ANTONINVS PIVS.

*Nomine non vano Pius Antonine vocaris :
Parq; Numæ, nullo crimine notus obie.*

M. ANTON. PHILOSOPHV S.

*Stoicus imperij fratrem facit Antoninus
Participem : dira peste necatus obit.*

L. ANNIVS VERVS ANTON.

Imperiij



Imperij consors, sed fratri moribus impar,

Verus erat, qui iectu sanguinis occubuit.

C O M M O D U S A N T O N I N V S .

Commodus incestu gladiator, & obrutus omni-

Flagitio : huic laqueo strinxit Athleta gulam.

A E L . P E R T I N A X .

Optimus hic fuerat, si non à milite cæsus

Aelius ob sordes effet auaritia.

D I D I V S I V L I A N V S .

Didius inuisus castris, inuisior vrbis,

Septimio fasces arripiente, cadit.

S E P T I M I V S S E V E R V S .

Sæuus erat, felix bellisq; domiq; Seuerus :

Qui senior podagræ excruciatuſ obit.

B A S S I A N V S A N T O N I N V S .

C A R A C A L L A .

Germanum Caracalla necat, coniunxq; noueræ :

Macrini infidiliſ cæſus & ipſe perit.

P O P I L I V S M A C R I N V S .

Arripit imperium cum nato deinde Macrinus :

Ictuſ & à Varij milite vterq; cadit.

V A R I V S H E L I O G A E V L V S .

Infamis luxu, venerisq; libidine tetra :

De forica extractus mergitur in Tiberi.

A L E X A N D E R S E V E R V S .

M 3 Regnas



Regnat Alexander iustus cum matre Seuerus :

Hunc miles iuuenem Barbarus ense ferit.

MAXIMINI PATER ET FIL.

Thrax furit hinc nato cum principe Maximinus :

Sed famis impatiens miles vtrung₃, necat.

GORDIANVS PATER ET FIL.

Clara fuit gemino gens Gordia principe : natus

Occidit hostili vulnere , fune pater.

MAX. PPINIE NVS ET BALEINVS.

Maxime Balbino collega, iubente senatu

Imperitas : ferro miles vtrung₃, necat.

GORDIANVS III.

Deuicit Persas : sed non superare Philippos

Hic potuit : quorum fraude peremptus obit.

PHILIPPI PATER ET FIL.

Vrbis agunt ludos post secula mille Philippi :

Veronæ genitor, natus in vrbe cadit.

DECII PATER ET FILIVS.

Pro patria Decij dum fortia prælia miscent :

Filius occubuit Marte , palude pater.

**GALLVS HOSTILIANVS ET
VOLVSIANVS FIL.**

Gallus habet nato cum principe sceptra biennis :

Desertum occidit miles vtrung₃, suus.

Aemy-



R O M A N I . 181
A E M Y L I A N V S .

Maurus & imperij rapit Aemylianus honores :
Hic ad Spoleti mœnia cœsus obit.

L I C I N . V A L E R I A N V S .

Colla Sapor Licini rex Persa senilia pressit :
Perpetuò hunc seruum Barbare vîctor habet.

G A L I E N V S .

Perditus & luxu, & vita Galienus inertis :
Fraude apud Insubres occidit Aureoli.

C L A V D I V S .

Claudius insigni memorandus clade Gothorum :
Quem rapit ante annos inuidia Parca duos.

Q V I N T I L I V S .

Sponte sua venis, à milite lectus , apertis,
Quintilius , modico tempore Cœsar , obit.

A V R E L I A N V S .

Aureliane Gothos cœdis , superasq; tyrannos ;
Sæuis eras , serui hinc cœsus es arte malis.

T A C I T V S .

Accipit imperium Tacitus , prabente Senatu :
At cito castrensi seditione cadit.

F L O R I A N V S .

Delatum fratri imperium vi hic arripit : & mox
Elicito è venis sanguine , sponte perit.

P R O B V S .

Totum Romanis subiecit legibus orbem,

M 4

Qui



Qui cadit irati militis ense, Probus.

C A R V S.

Sarmaticum Illyricis eiecit finibus hostem.

Carus, apud Persas, fulmine tactus, obit.

N V M E R I A N V S.

Dum patris interitum, properataq; funera defles:
Ense cadis socii Numeriane tui.

C A R I N V S.

*Degener, & luxu Carinus adobrutus omni,
Mox successoris tollitur ingenio.*

D I O C L E T I A N V S.

*Cum socio regnans, quem progeniere Salone,
Sponte sua imperium ponit, obitq; senex.*

M A X I M I A N V S.

*Dum struis infidias genero soci: illic o captus
Dederis a genero Maximiane neci.*

C O N S T A N T I V S C H L O R V S.
*Constanti, placida populos in pace gubernans,
Egregia, in Gallis, prole beatus obis.*

G A L E R I V S A R M E N T A R I V S.

*Affitis regni socijs, truculent Galeri,
Vim tibi post victor tædia longa facis.*

S E V E R V S.

*Italia tenuit placide dum sceptra Seuerus:
Maxenti immeritum faclio præcipitat.*

Maximia-



MAXIMIANVS IVNIOR.

*Expertus veri vim numinis, impie tetrarum
Vermibus exefus Maximiane peris.*

MAXENTIVS.

*Tibridis obruatur Maxentius impius anni:
Quemque alij struxit, corruit ipse dolo.*

LICINIVS.

*Dacus, & asper eras Licini, soceroque rebellis:
Occidis hinc merito coniugis arte tuae.*

CONSTANTINVS MAGNVS.

*Huic Magni imposuit pietas, & dextera nomen:
Occidit in Persas aspera bella mouens.*

DALMATIVS.

*Dalmatum imperij quarta bene parte locatum,
Constanti immerito factio dira necat.*

CONSTANTINVS II.

*Junior hic summis plus quam ciuilibus armis,
Iure quidem a fratribus milite cæsus obit.*

CONSTANS.

*Fratre dein caso Constanti Gallia cœsit:
Atque hic Magnentii concidit infidus.*

MAGNENTIVS.

*Imperium infidus Magnentius occupat: vtrix
Huic furia in propriam suggestit arma necem.*

CONSTANTIVS.

M 5 Oppres-



184 CÆSARES

Oppresit geminos Constantius iste tyrannos :
Dum reddit à Parthis , febre peremitus obit.

IULIANVS.

Strenuus hic , frugiq; fuit : verùm impius idem :
Pugnanteim egregie Parthica tela necant.

IOVINIANVS.

Impérij fines Persis mutare coactus ,
Calcis odore nouæ Iouiniane peris.

VALENTINIANVS.

Asciuit fratrem , natumq; Valentianus
Augustos : ictu sanguinis occubuit.

VALENS.

Saucius , ac Gothicō superatus marte crematur ,
Immisso tuguri cratibus igne , Valens.

GRATIANVS.

Fudit Alemannos , tribuit cui Gratia nomen :
Perfidia cecidit Maxime deinde tua.

VALENTINIANVS II.

Regnantem occiduo fratrem maleficus in orbe ,
Strangulat , obstricto gutture fune , comes.

THEODOSIVS MAGNVS.

Deletis toto Theodosius orbe tyrannis ,
Optimus , ac gemina prole beatus , obit.

ARCADIVS.

Arcadius cæso Rufino regnat Eois :
Augustum & natum fecit , & occubuit.

Honorius



G R A E C I .

185

H O N O R I V S .

*Ipse tricennales, quos voulit, Honorius egit :
Ciuita sedavit bella : sed orbus obit.*

T H E O D O S I V S I I .

*Iunior egregie retinens Orientis habenas :
Infertur tumulo mortuus inde patris.*

V A L E N T I N I A N V S I I I .

*Non Atile victorem impune Valentinianus
Sustulit : Octylæ nullitis ense perit.*

M A R T I A N V S .

*Imperi⁹ reparat pacis studiosus honores :
Attamen insidijs Asparis inde cadit.*

I M P E R A T O R E S

G R A E C I .

L E O .

*Surrogat hic festa gaudens Leo pace nepotem :
Primus & e Graco sanguine Cæsar obit.*

Z E N O .

*Augustus Zeno, nati pietate vocatus,
Exulat : occisoq; hoste reductus obit.*

A N A S T A S I V S I .

*Impia Anastasius decernit dogmata : quare
Perdidit hunc vtrix fulmine dextra Iouis.*

I V S T I N V S I .

*Arripit imperium Thrax, armentarius ante,
Inisti-*



186 CÆSARES

Inſtinus frugi Cæſar, obitqz pius.

IVSTINIANVS.

Hesperijs Gottos, Persas exegit Eois :

Ius ſcripſit, ſenior Inſtinianus obit.

IVSTINVS II.

Aſſerit hic Pelagi ſectam Inſtinus, auarus,
Vi pedibus, captus mente quoqz, occubuit.

TIBERIVS.

Debellas Tiberi Persas, miſeraris egenos :

Augustum generum dicas, obiſqz diem.

MAVRITIVS.

Viclus auaritia eſt, totum qui vicerat orbem,

Mauritius : Phoca militis enſe cadit.

PHOCAS.

Perdidit imperium Phocas prope, ſegnis, adulter :

Quem necat ob ſordes Priscus auaritia.

HERACLIUS.

At ſpolia à Persis Heraclius ampla reportat :

Abditus hunc venis enecat humor aquæ.

CONSTANTINVS III.

Dum parat imperium nato Martina : repente

Toxica priuigno dira nouerca dedit.

MARTINA CVM FILIO.

Annis cum nato regnat Martina duobus :

Hac lingua, abſcissis naribus ille perit.

CON-

CONSTANS III.

*Ornamenta urbis rapit impius omnia Constans:
Trinacris in thermis quem necuere sui,*

CONSTANTINVS IIII.

*Perfida Pænorum fugat agmina Constantinus:
Fratribus & nares amputat, ac moritur.*

IVSTINIANVS II.

*Iustiniane Leo te pellit: ope inde reductus
Barbarica, & miscens prælia dura, cadis.*

LEONTIVS.

*Occupat imperium pulso Leo Iustiniano:
Quem tenuit truncis naribus Absymarus.*

ABSYMARVS TIBERIVS.

*Absymarumq; redux probris, captumq; Leonem,
Affectos meritis, Iustiniane necas.*

PHILIPPICVS.

*Pellit Anastasius te dire Philippice regno:
Lumine quem merito priuat vtroq; pius.*

ANASTASIVS II.

*Ponit Anastasius vi sceptra premente suorum:
Priuatusq;, sacris deditus, occubuit.*

THEODOSIVS III.

*Dinorum effigies Theodosius iste reponit:
Qui mox e placido Cæsare fit monachus.*

LEO ISAVRVS.

Occu-



*Occupat hinc solium prauus Leo, & impius vrbs
Effigies : diris exagitatus obit.*

C O N S T A N T I N V S V .
*Sævit, & impietate patrem Copronymus æquat :
Quem funesto elephas vlcere tollit atrox.*

L E O I I I I .
*Hic sua, detracto superis, diademeate cingit
Tempora : sacrilegus mox perit inde Leo.*

C O N S T A N T I N V S VI .
*Pellit in exilium genitricem : vnde illa reuersa,
Orbatum, in vinclis , lumine vtrog, necat.*

I R E N E .
*Nicephorus sceptro Irenem spoliavit : at illa
Dignior imperij fascibus exul obit.*

**I M P E R A T O R E S C O N -
S T A N T I N O P O L I T A N I E X
G r æ c i s .**

N I C E P H O R V S .
*Nicephorum , quo non fuerat crudelior alter,
Perdidit hostilis, nocte silente, manus.*

S T A V R A T I V S .
*Decidit imperio Stauratius, omne coactus
Vitæ eum rigidis degere cum monachis.*

M I C H A E L C V R O P L A T E S .
*Sponte sua bonus hic Monachorū in sepra Michael,
Terris*

Territus aduerso Marte, receptus obit.

LEO ARMENIVS.

*Huic laudi regem fuit obtruncasse Cruminum :
Sænus erat, Trauli cæditur arte Leo.*

MICHAEL TRAVLVS.

*Misit hic in Pœnos classem : Thomamq; Michaël
Vicit : auarus erat : torminibus perijt.*

THEOPHILVS.

*Nomine, sed non re simulacra Theophilus vrit :
Quod male pugnarat, sensibus æger obit.*

THEODORA.

*Hæc quoq; diuorum effigies Theodora perosa,
Pellatur à nato, claustræq; sacra petit.*

MICHAEL III.

*Pontifici misit Romano dona Michaël :
Quem socius regni sustulit ante diem.*

BASILIVS MACE DO.

*Obscurus Macedo, sed non indignus habenis
Imperij, cerui cornibus iictus, obit.*

LEO PHILOSOPHVS.

*Doctus erat, sapiens, Sarracenosq; subegit :
Inde alii perijt debilitate Leo.*

ALEXANDER.

*Segnis Alexander, vitaq; inglorius omni :
Sanguine per nares proq; fluente perit.
Constan-*



CONSTANTINVS VII.

Hic belliqz, domiqz, bonus, librum edidit : vnde
Quadraginta annos imperitans, moritur.

ROMANVS LACAPAENVS.

Perfidus imperium Romanus hic arripit : vnde
Exulat, & nati crimine pulsus obit.

ROMANVS IVNIOR.

Deses, & infamis luxu , matrem atqz, sorores
Expulit : hinc meritò dira venena bilit.

NICEPHORVS PHOCAS.

Prælia Nicephorus felicia plurima fecit :
Inde dolo infidae coniugis interiit.

IOHANNES CIMISCES.

Bulgariam imperio adiecit, vicitqz, rebelles
Cimisches : hunc & toxica sumta necant.

BASILIVS PORPHYROGE-
NITVS.

Hostibus effodiens Basili sua lumina vietis :
Ante obitum fratrem præficiis imperio.

CONSTANTINVS VIII.

Dissimilis fratri nihil hic memorabile gesit :
Et moritur vita deficiente senex.

ROMANVS ARGYRVS.

Principio fortis, dein vixit auarus, inersqz :

Quem



Quem sua demersit, dum lauat, vxor aquis.

MICHAEL PAPHLAGO.

Paphlago cum Zoë tenuit bene sceptra Michael
Commodus : interna quem iugulastis aqua.

MICHAEL CALAPHATES.

Pellit adoptius matrem, patruumq; Michael :
Qua reduce, effosso lumine viroq;, perit.

ZOE ET THEODORA.

Gratus imperium visum est muliebre virorum :
Hinc placet a gemina sceptra sorore regi.

CONSTANTINVS MONO-
MACHVS.

Nil magnum aggrediens, veritaq; libidine fædus
Constantinus, item desidiosus, obit.

THEODORA.

Fœmina quæ placide populos Theodora regebat :
Imperitans annis sceptra duobus habet.

MICHAEL STRATIOTICVS.

Hic nondum expleto senior quoq; pellitur anno :
Priuata ad vita iura redactus obit.

ISAACIVS COMNENVS.

Pace bonus, belloq; fuit Comnenus : at idem
Ante obitum fortè Cæsare fit monachus.

N Constan-



CONSTANTINVS DVCAS.

Tradidit vxori, natisq; salubris habenas :
Summum ut iam Ducas sensit adesse diem.

EVDOCIA.

Cogitur imperij, ac rerum discrimine magno
Romano Eudocie nubere Diogeni.

MICHAEL PARAPINA-
CIVS.

Dira fames segni populos sub principe vexat :
Hinc bene cum nato, & coniuge clausus obit.

NICEPHORVS BOTO-
NIATES.

Comneni fratres, posito diademeate, cogunt
Nicephorum monachi viuere more bonum.

ALEXIVS COMNENVS.

Et docet, & pueros connutrit Alexius orbos :
Romanisq; acer nominis hostis, obit.

IOANNES CALIOIANNES.

Vicit Ioannes Turcos, Persaq; sagitta :
Venator digitum saucijs interit.

MANVEL.

Perdidit hic nostros Manuel, gypsoq; farinam
Miscuit : & monachus tam sceleratus obit.

ALEXIVS II.

Tutor inhumanus puerum submonuit, Alexi
Impius,

Impius, & miseris te necat ille modis.

A N D R O N I C U S C O M N E N V S .

*Captus ab Ifacio populi lacerare tumultum,
Andronice, orbis lumine, & ante manu.*

I S A C I V S A N G E L V S .

*Angelus hospitio Fridericum accepit euntem
Ad Syriam : hinc frater sceptra, oculosq; adimit.*

A L E X I V S A N G E L V S .

*Non impune fuit tantum tibi crimen Alexi :
Quem Constantini pellit ab urbe nepos.*

A L E X I V S I V N I O R .

*Hunc, ope Gallorum, imperio vix mense potitum
Murziphili puerum frausq;, scelusq;, necant.*

**I M P E R A T O R E S C O N -
S T A N T I N O P O L I T A N I**
ex Francis.

B A L D V I N V S .

*Belgicus imperio potitur Balduinus : at uno
Vix uno imperitans oppedit, ante diem.*

H E N R I C V S .

*Militiaq;, domiq;, bonus regit Hellada frater :
Ac natam moriens surrogat ante sibi.*

N 2 Petrus



P E T R U S.

Tradidit imperium pietas vxoria Petro :
Lascari perfidia quem Theodore necas.

R O B E R T U S.

Aduolat audita genitoris cede Robertus :
Inq[ui] via, Roma dum redit, eger obit.

B A L D V I N V S II.

Bizantii claram Paleologus occupat urbem :
Dum socius generi Brennus acer abeſt.

I M P E R A T O R E S C O N-
S T A N T I N O P O L I T A N I
ex Lascarinis.

M I C H A E L P A L A E O L O G V S.

Sustulit affines scelere , ac vi sceptra Michaël
Arripit : extinctum plebs sepelire vetat,

A N D R O N I C V S.

Andronice nepos odio te exercet , & armis :
Cui mox , ut socio , conciliatus , obis.

A N D R O N I C V S I V N I O R.

Iunior imperij regnat successor auti,
Commodus : hunc febris feruida præcipitat.

Ioan-



GERMANICI. 195

JOHANNES CATACVZE-
NVS.

*Europam Turcæ primum hoc sub principe videntur:
Vi Catacuzenus regnat: obit monachus.*

IOANNES PALAEOLOGVS.

*Illius imperio natum Paleologus orbat:
Quod moriens nato tradidit ipse suo.*

MANVEL II.

*Natorum Manuel septem pater: haud alia re
Clarus obit: natu maximus imperit.*

IOANNES.

*Eugenium Hetrusca Ioannes vrbe salutat:
Pacis amans: Thracen inde reuersus obit.*

CONSTANTINVS VLTI-

MVS.

*Constantine ruit capta, proh dedecus, vrbe,
Imperij tecum deficientis honor.*

IMPERATORES GER-
MANICI.

CAROLVS MAGNVS.

*Magnanimus totum pacauit Carolus orbem:
Grandænum laterum tollit acuta lues.*

LVDOVICVS PIUS.

N. 3

Luduico



Luduico nati sunt reddere sceptra coadli :
Vtq; pater Magnus , sic erat iste Pius.

L O T H A R I V S.

Imperium nato Lotharius arrogat vtrō :
Ipse inter monachos religiosus obit.

L V D O V I C V S . I I .

Luduicus plusquam ciuilia ceperat arma :
Hinc apud Insubres vixit, obitq; diem.

C A R O L V S C A L V V S .

Hunc etiam bello Calvum petiere nepotes :
Qui medici infidi fraude venena babit.

L V D O V I C V S B A L B V S .

Balbus item imperij titulum Ludouicus adeptus :
Occidit ante annos Cæsar & iste duos.

C A R O L V S C R A S S V S .

Abrogat imperium procerum concordia Crasso :
Qui bene priuatus vixit , & interiit.

A R N O L P H V S .

Nortmannos vicit, sed non animalia tetra :
A quibus, vt quondam Sylla, peregit, obit.

L V D O V I C V S . I I I .

Arma Berengarij victoria sensit : & inde
Filius effuso lumine vtrq; perit.

Contra-



CONRADVS I.

*Imperat in Gallis opera Conradus Othonis :
Cuius ob hoc natum surrogat imperio.*

HENRICVS AVCEPS.

*Henricus imperio potitur, vincitq; feroceſ
Pannonios : compos inde quietis, obit.*

OTHO MAGNVS.

*Pannonios, Boemosq; domat : deletq; Tyrannos
Primus Otho, natu grandis, obitq; pius.*

OTHO II.

*Alter Otho in Calabris accepta clade, redemptus
A Siculis, Romamq; inde reductus, obit.*

OTHO III.

*Tertius infandos Crescentis vindicat ausus :
Hic Romæ, ut perhibent, toxicam mifta babit.*

HENRICVS SANCTVS.

*Hic felix bello, vita castusq; piusq;
In numero meruit Henricus esse Deum.*

CONRADVS II.

*Pannonios domuit Conradus : terruit armis
Insubres : leges condidit : inde obiit.*

HENRICVS NIGER.

*Pannonios subigit, Boemosq; sibi Henricus alter :
Pontifices meritò corrigit : aeger obit.*



HENRICVS III.

Pontifices audax incessere, cætera summus
Tertius, à nato carcere clausus obit.

HENRICVS V.

Hic quoq; pontifices ruit insectatus ad arma
Quartus; ob hoc orbus dictus obire diem.

LOTHARIVS SAXO.

Insignis pietate, simul Lotharius armis,
Veronæ moritur, dum repetit patriam.

CONRADVS SVEVVS.

Fraude, pius, Graci Conradus, Cæsar & alter,
Iconij, amissō milite tristis obit.

FRIDERICVS I.

Vrget Alexandrum Fridericus, & omnia vastat
Cæsar: in Armenia, dum lauat amne, perit.

HENRICVS VI.

Hic rex Sicaniæ desæuit Henricus asper:
Summum & Messana clausit in vrbe diem.

PHILIPPVS.

Imperium pulso suscepit Othonem Philippus:
Inde Palatini principis ense cadit.

OTHO IIII.

Pontificis sensit diras, & fulmina Quartus:
Victus, & à Gallo rege fugatus, obit.

Frideri-



GERMANICI. 199

FRIDERICVS II.

Hunc quoq; Pontifices vexant : at cetera summus,
In Siculis vafri concidit arte nothi.

R O D O L P H V S.

Vicit Othocarum regem , oppreſſitq; Rodolphus :
Qui ficer, in natum mitior, occubuit.

A D O L P H V S.

Victus ab Alberto, mox ambitione petiti
Morte luens regni crimen , Adolphe, luis.

A L B E R T V S I.

Intulit Albertus regi noua bella Philippo :
Impius ante ratem quem necat enſe nepos.

H E N R I C V S VII.

Henricus Italianam visit, ſpoliatq; Robertum :
Quem pane in ſacro toxicā sumta necant.

L V D O V I C V S B A V A R V S.

Pontifice imperij capit aduersante coronam.
Luduicus : cui nec conciliatus obit.

C A R O L V S IIII.

Quartus amans nimium patriæ , indignoq; corona
Mercatus nato , cetera rectus obit.

V V E N C E S L A V S.

Degener imperij merito ſpoliatur honore
Filius : attonitus turpiter occubuit.

N 5 Ruper-



RUPERTVS.

*Insubris afflictus Galeatî Marte Rupertus,
Italia excedens, pacis amator, obit.*

SIGISMUNDVS.

*Pace Sigismundus, quam fortunatior armis,
Plurima decepit post benefacta senex.*

ALBERTVS II.

*Austriadum decus, & spem lati, proh dolor, orbis,
Ante diem Albertum tormina seu necant.*

FRIDERICVS III.

*Pacis amans, cultorq; Deûm Fridericus, at annis
Longior Augusto Cæsare, Cæsar obit.*

MAXIMILIANVS.

*Maximilianus obit dexter belliq;, togæq;,
Munia: quem perimunt tormina seu piuum.*

CAROLVS V, ET FERDI-
NANDVS.

*Carolus Hesperijs regnat, Fernandus Eois:
Quam bene diuissim est fratribus imperium.*

MAXIMILIANVS II.

*Maximus imperij sacras gerit alter habenas:
Quas gerat augusta tempora longa manu.*

SERIES

SERIES IMPERATORVM ET CAESARVM

ROMANORVM, AD AN-

nos mundi, Romæ, ac Christi ac-
commodata.

Mundi	Romæ	Chri- fti	Or- do	IMPERATO- RES.	Aeta- tis	Imperij Anno	Mense
		ante					
3919	706	46	1	Iulius Cæsar	56	4	
3923	711	42	2	Octauius Augustus	76	56	
		post					
3979	767	17	3	Cl. Tiberius Nero.	76	23	
4001	789	39	4	C. Caligula	28	3	
4005	793	43	5	Claudius Cæf.	64	13	2
4019	807	57	6	Domitius Nero	32	13	8
4031	819	69	7	Serg. Galba	74	0	7
			8	Syl. Otho	58	0	3
4032	820	70	9	A. Vitellius	57	0	8
4033	821	71	10	Fl. Vespasianus.	69	10	
4043	831	81	11	Tit. Vespasianus	41	2	
4045	833	83	12	Domitianus	45	15	3
4062	849	98	13	Cocceius Nerva	68	1	
4063	851	100	14	Vlp. Traianus	64	19	6
4080	868	119	15	Ael. Adrianus	63	21	
4101	8891	139	16	Antoninus Pius	70	23	3
4125	913	163	17	M. Anton. Philo- phus & L. Ann.	61		
			18	Verus.Anton.	42	19	
4143	931	182	19	Cõmodus Antonin.		12	2
4156	944	194	20	Ael. Pertinax	61	0	3
			21	Didius Julianus	56	0	2



Mun- di	Ro- mæ	Chri- sti.	Or- do	IMPP. NOMI- NA.	Ae- tatis	Imperi j An.	Mense
4157	945	195	22	Septimius Seuerus	89	18	
4175	963	213	23	Antonin. Bassianus	43	7	
4182	970	220	24	Popil. Macrinus	1	2	
4184	972	222	25	Varius Heliogabul.	2	7	
4187	975	225	26	Alexander Seuerus	29	3	
4200	988	238	27	Maximinus cum			
			28	Maximino Filio	21		
			29	Gordianus pater	80	1	
			30	& Filius	46		
4201	989	239	31	Pupienus, &			
			32	Balbinus	2		
4203	991	241	33	Gordianus 111.	22	6	
4209	997	247	34	Philippus pater &		5	
			35	Filius			
4214	1004	252	36	Decius Pater &	50	2	
			37	Filius.			
	1004	254	38	Gallus Hostiliäus cū			
			39	Volusiano FA fecundū			
			40	Aemilianus /Eutrop.			
4218	1006	256	41	Licin. Valerianus	4		
4223	1011	261	42	Gallienus	11		
4233	1021	271	43	Fl. Claudius	1	9	die
4234	1022	272	44	Quintilius		17	
4235	1023	273	45	Valer. Aurelianus	6		
4241	1029	279	46	Ann. Tacitus		6	
			47	Florianus	2	20	
4242	1030	280	48	Aurel. Probus	6	3	
4248	1036	286	49	Carus cum filijs			
			50	Carino &			
			51	Numeriano			
4250	1038	288	52	Diocletianus Iouius	20		

N O M I N A.

203

Mun- di	Ro- mæ	Chri- sti	Or- do	IM P P : N O M I- N A .	Ae- tatis	Imperij An.	Mense
4270	1058	308	53	Maximia. Herculius			
			54	Galerius Maximian.	2		
			55	Constantius Chlor.			
			56	Severus	2		
			57	Maximianus Iunior	7		
			58	Maxentius	6		
			59	Licinius	14.		
4272	1060	310	60	Constantinus Magn.	66	32	
4303	1091	341	61	Dalmatius			
			62	Constantinus II.	25	3	
			63	Confidans			
			64	Magnentius	30	13	
			65	Constantius	41	24	
			66	Gallus		4	
4327	1115	365	67	Iulianus	32	1	7
4329	1117	367	68	Iouinianus			7
4330	1118	368	69	Fl. Valentianianus &	55	11	
			70	Fl. Valens Fr.			
4344	1132	382	71	Gratianus		14	
			72	Valentinianus II.		16	
4345	1133	383	73	Theodosius Magn.	65	17	
4362	1150	400	74	Arcadius	31	13	
			75	Honorius		31	
4374	1162	412	76	Theodosius II.	51	42	
4392	1180	430	77	Valentinianus III.		30	
4416	1204	454	78	Martianus		6	
4423	1211	461	79	Leo Pater, &		17	
			80	Leo Filius		1	
4441	1229	478	81	Zeno Isauricus		17	
4456	1244	494	82	Anastasius	88	27	
4483	1271	521	83	Iustinus		8	4



Mun- di	Ro- mæ	Chri- sti	Or- do	IMPP. NOMI- NA.	Ae- tatis	Imperij An.	Mense
4490	1278	528	84	Iustinianus		38	
4528	1317	566	85	Iustinus II.		12	
4539	1327	577	86	Tiberi. Cōstātinus		7	
4546	1334	584	87	Mauritius		20	
4566	1375	604	88	Phocas		7	
4573	1363	611	89	Heraclius		30	
4603	1393	642	90	Conſtātinus III.			
			91	Heracleonas		2	
4605	1396	644	92	Conſtans II.		27	
4632	1423	670	93	Constantin. IIII		17	
4649	1440	687	94	Iustinianus II.		16	
4659	1450	697	95	Leontius (rus)		3	
4662	1453	700	96	Tiberius Absima-		7	
4675	1466	713	97	Philippicus Barda-		2	
4676	1467	715	98	Anastasi. II (nes)		1	
4677	1468	717	99	Theodosius III.		1	
4680	1471	718	100	Leo III.		25	
4704	1495	742	101	Cōstātin. Copron.		35	
4739	1530	777	102	Leo IIII.		5	
4744	1535	782	103	Cōstātinus VI. &		7	
			104	Irene mater.		14	
IMPERATORES Germanici.							
4762	1553	800	105	Carolus Magnus	72	14	
4776	1567	814	106	Ludouicus Pius	64	27	
4803	1594	841	107	Lotharius		15	
4818	1609	856	108	Ludouicus II.		19	
4837	1628	875	109	Carolus Calvus		2	
4840	1630	878	110	Ludouicus Balbus		2	



Mun- di	Ro- mæ	Chri- fti.	Or- do	IM P P. N O M I - N A.	Ae- tatis	Imperij An.	Mense
4842	1632	880	111	Carolus Craflus		7	
4850	1639	888	112	Arnolphus		12	
4862	1651	900	113	Ludovicus I I I I .		12	
4873	1663	911	114	Conradus I.		7	
4881	1670	919	115	Henricus Auceps	60	7	
4996	1687	937	116	Otho Magnus		37	
4933	1724	974	117	Otho I I .		10	
4944	1734	984	118	Otho I I I .		19	
4863	1653	1001	119	Henricus II.		24	
4887	1677	1024	120	Conradus II.		15	
5001	1692	1039	121	Henricus III.	40	17	
5018	1809	1056	122	Henricus I I I I .	56	49	
5068	1858	1106	123	Henricus V.		19	
5087	1877	1125	124	Lotharius Saxo.		13	
5100	1880	1138	125	Conradus I I I .		15	
5114	1895	1152	126	Fridericus I.		37	
5151	1933	1189	127	Henricus VI.		7	
5160	1941	1198	128	Philippus		10	
5170	1952	1208	129	Otho I I I I .		4	
5175	1957	1213	130	Fridericus II.	54	38	
5212	1994	1250	131	Conradus I I I I .		4	
5216	1997	1253	132	Vuylhel.Bataurus.		9	
				Interregnū anno-			
				rū 22.			
5236	2017	1273	133	Rodolphus	74	19	
5253	2036	1291	134	Adolph.Nassouius		6	
5260	2042	1298	135	Albert.Austriacus		10	
5270	2052	1308	136	Henricus VII.		6	
5275	2058	1313		Interregnum.		1	2
5276	2059	1314	137	Ludou.Bauarus &	33		
			138	Frideri.Austriacus		8	



Mun- di	Ro- mæ.	Chri- sti	Or- do.	I M P P. N O M I - N A.	Vi- tæ	Imperij An.	Men
5309	2092	1347	139	Carolus 1111. &		28	
			140	Guntherus			6
5338	2121	1376	141	Vuenceslaus		24	
5362	2145	1400	142	Rupertus		10	
5372	2155	1410	143	Sigismundus	70	27	
5399	2182	1437	144	Albertus II.		2	
5401	2184	1439	145	Fridericus 111.	78	53	4
5455	2237	1493	146	Maximilianus 1.	60	32	II
5481	2269	1520	147	Carolus V.	58	38	
5519	2307	1558	148	Ferdinandus	61	6	
5525	2313	1564	149	Maximilianus II.			

NICOLAI

NICOLAI REV-
NERI LEORINI IN CAESA-
RES, ET EXARCHOS AVSTRI-
acos Epigrammata.

RUDOLPHVS HASBVR-
GICVS ALBERTI COMI-
tis F. Imperator.

Quam benè labentis suscepit pondera regni :
Teſtantur patriæ mea pia facta Patrem.
Tyrigeta, Suevi, Boii, socij, Boëmi
Edomiti, vires edidicere meas.

ALBERTVS I. ROMANO-
RVM IMPERATOR.

Boaria, Mogi, Duceſ, forteſq, Boëmi
Marte triumphati succubuere meo.
Terror eram Gallis : regnis concedit Adolphus :
Impius hinc ſeu me necat enfe nepos.

RUDOLPHVS, RUDOLPHI F.
DUX SVEVORVM.

Sueuorum fuerat mibi demandata potestas :
Iura quibus longo tempore sancta dedi.

HERMANNVS COMES AL-
SATIVS.

Pofedi patrias, Patre Cæſare, fortis habendas :
Dum paro coniugium, mors mihi fata parat.

O Frida-



F R I D E R I C V S P U L C E R , A L -
B E R T I F . R O M A N O R V M .
Imperator.

*Corpo pulcer eram : Sed diuitis indole mentis
Pulcrior , imperij hei inuidiosus honos.
Pro quo mox bellum Boio cum Principe gesſi:
Qui me deuictō ſplendida ſceptra tulit.*

L E O P O L D V S F R .

*Fortis era dextra : nec erat mihi Marte ſecundus :
Prælia pro fratribus ſunt mihi geſta fide.*

A L B E R T V S S A P I E N S F R .
Me ſuperis equat rerum prudentia magna,
In regno pietas , in pietate fides.

H E N R I C V S P L A C I D V S F R .
Me placidum populi natura creauit , & aequum :
Semper vi prior eſt imperio quies.

F R I D E R I C V S , F R I D E R I C I
I M P . F .

*Non ego Cæſar eram , verum Patre Cæſare natus :
Quem lis imperio defpolauit atrox.*

R V D O L P H V S P R I M V S E X -
A R C H V S A V S T R I A E , G Y M -
nasij Viennensis fundator. Alberti
Sapientis F .

Inſtitutio



*Iustitiae præstans studijs, nec inutilis armis,
Splendidius generi nomen habere dedi.
Doctus & e sacro Musas Helicone vocauit:
Quæ leges populis explicuere bonas.*

LEOPOLDVS FR.

*Flore virens animi, fortis bellator, & aui,
Hostiles fudi non semel ipse manus.*

**ALBERTVS, ALBERTI SA-
PIENTIS NEPOS.**

*Patris, aui, proaui cessit mihi nomen, & omen:
Iustitia bonus, & fortis ad arma fui.*

**ERNESTVS, LEOPOLDI
FILIVS.**

*Feruidus ingenio, superari nescius armis,
Prælia cum multis irrequia tuli.*

**ALBERTVS III. ROMANO-
rum Imperator, Alberti F.**

*Imperium virtus, duo dos vxoria regna
Contulit: impleui laudibus omne latus.
Sauromatas domui temerantes sacra: Tomitas
Oppugnaturum præuenit atra dies.*

**F R I D E R I C V S III. ROMA-
norum Imperator, Ernesti F.**

*Quantum bella solent secura cedere paci:
Tantum Cæsaribus maior in orbe fui.*

O 2 Quid?



*Quid? quod & in bello niki se victoria castris
Præstvit: & capiti laurea ferta dedit.*

MAXIMILIANS I.
Imperator.

*Maximus & pacis studijs, & maximus armis,
Egregijs factis nomina digna gero.
Quis Venetos, Galli, Turcas, fortisq; Sicambros,
Pannonas, Heluetios me domuisse negat?*

PHILIPPVS REX HISPANI-
arum, Maximiliani F.

*Fors mihi coniugij tria contulit inclyta regna,
Ibericum, Siculum, Parthenopeq; tuum.
Felix laude mea, felix virtute nepotum:
Sub quibus imperij floruit amplius bonos.*

CAROLVS V. R. O. M. I. M. P.
PHILIPPI F.

*Carolus immenso maior virtutibus orbe,
Laudibus impleui sydera celsa meis.
Non ijdem nobis, alijsq; fuere triumphi:
In magno peccatus robore mite fuit.*

PHILIPPVS, CAROLI V.
Fil. rex Hispaniarum.

*Non titulus mea regna capit sub nomine: Regem
Indus, Afer, Siculus, Sardus, Iberus habent.*

Ferdii-



F E R D I N A N D V S P H I L I P P I

i. F I L. C A R O L I v. F R.

Rom. Imp.

Sanctus eram Cæsar : nec me moderatior vñquam

Imperij magnas protulit alter opes.

Pax mihi præ bello placuit : placidissima semper

Principis ingenium pax sapientis habet.

M A X I M I L I A N V S I I .

Rom. Imp.

Maximus imperio , regnandi maximus arte,

Quam mihi maiores , gloria maior ero.

Ingenio, pietate , fide (sic Cæsare dignum est)

Per Patris, & Patrui me iuuat ire decus.

F E R D I N A N D V S F R.

Institiæ columen, pacis decus, inclitus Heros

Nunc Oeniponti sceptra superba gero.

Nominis vt patrij, sic celsi pectoris heres,

Gentibus auspicium do probitate meis.

C A R O L V S F R. I I I .

Regna Charinorum, Stirii, fortisq; Liburni,

Quafas est, Dominum me pietate colunt.

Iam celebres factis proauos ingentibus æquo :

Sive libertas castris vincere , sive toga.

R O D O L P H V S M A X I M I L . F. I.

Exequabo Patris (faueant modo numina) laudes :

Inq; meas dotes ingeniosus ero.

O 3 Ernestus



ERNESTVS. F. II.

*Splendida me stimulat patriæ virtutis imago :
Qui sibi me similem moribus esse cupit.*

MATTHIAS F. III.

*Filius innucti, sydus iuvenile Parentis,
Excubo maiorum perugil ante decus.*

VVENCESLAVS F. I III.

*Ex virtute Patris mores effingere tento,
Excultos studijs, & probitate, meos.*

ALBERTVS. F. V.

*Ex facie bonitas elucet, & ardua virtus :
Annorumq; moras implet honore decor.*

HIERONYMI VVOL
FII IN CÆSARVM AVSTRI-
ACORVM IMAGINES

Disticha

Χτισταποποιεῖν.

RODOLPHVS HABSBVRGIVS.

*Non mea te frustrata fuit, Germania, virtus :
Clara, triumphatis hostibus, arma gero.*

ALBERTVS I.

*Aemulus occubuit : me perfidus abstulit ensis :
Vita necem soboles, claraq; facta manent.*

Fride-

F R I D E R I C V S P V L C E R .

Pulcrior ingenio , quam pulcro corpore : felix
Cætera , disidij ni mala tanta forent.

A L B E R T V S I I .

Coniugij fortuna dedit duo splendida regna :
Romanum virtus addidit imperium.

F R I D E R I C V S I I I .

Nullus ab Augusto tenuit tot sceptrra per annos :
Cætera, fatorum que tulit ordo, tuli.

M A X I M I L I A N V S I .

Ingenio , pietate, fide, victricibus armis
Maximus , haud abs re nomina tanta gero.

P H I L I P P V S M A X I M I L . F .

Non ego Cæsar eram , dotalia regna secutus :
Ternus at à nostro stemmate Cæsar adeſt.

C A R O L V S V .

Indiæ, & Europæ clarus, Libyæq; triumphis,
Imperium fratri, fessus honore, dedi.

F E R D I N A N D V S I .

Me neg₃ Turcus atrox , neg₃ fors inimica subegit :
Sceptrra (Deo grates) inuiolata gero.

M A X I M I L I A N V S I I .

Nomine par proauro(faueat modo numina cæptis)
Imperio, rebus, pectore major ero.



PHILIPPVS CAROLI V. F.

Non ego sum Cœsar : Regem Tagus, Insuber, Afri,
Belga, Itali, Siculus, Sardus, & Indus habent.

MARIA IMPERATRIX.

Cœsar me genuit : Cœsar, me coniuge ducta,
Cœsaream fulcit sospite prole domum.

FERDINANDVS ET CARO-
LVS ARCHIDVCES.

Contigit à patruo, proauo, patre, fratre, atauisq;
Cœsarea nobis nobilitatis bonos.
Quid ventura ferat fors, querere mittimus: ipsi
Fungimur officio : cætera fata dabunt.

TYPUS



T Y P O G R A P H V S

L E C T O R I .

Cum vacarent aliquæ Chartæ addi plau-
cuit catalogum Pontificum seu Pa-
parum Romanorum, ex Platina, ut
horum etiam nomina, & seriem suc-
cessionis, si qui forte requirerent,
haberent in conspectu.

- | | |
|--------------------------|------------------------------------|
| 1. Petrus Galilæus. | 19 Pontianus I. Rom. |
| 2. Linus Primus Tusc. | 20 Antheros I. Græc. |
| 3. Cletus Rom. | 21 Fabianus I. Rom. |
| 4. Clemens I. Rom. | 22 Cornelius I. Rom. |
| 5. Anacletus I. Græc. | 23 Lucius I. Rom. |
| 6. Euariſtus I. Græcus | 24 Stephanus I. Rom. |
| 7. Alexander I. Rom. | 25 Sixtus II. Græcus |
| 8. Sixtus I. Rom. | 26 Dionysius I. originis
ignotæ |
| 9. Telesphorus I. Græc. | 27 Felix Rom. |
| 10. Hyginus I. Græc. | 28 Eutychianus Tusc. |
| 11. Pius I. Italus | 29 Caius I. Dalmata |
| 12. Anicetus I. Syrus | 30 Marcellinus I. Ro. |
| 13. Soter I. Campanus | 31 Marcellus I. Rom. |
| 14. Eleutherius I. Græc. | 32 Eusebius I. Græcus |
| 15. Victor I. Afer. | 33 Miltiades I. Afer |
| 16. Zephyrinus I. Ro. | 34 Silvester Rom. |
| 17. Callistus I. Rom. | 35 Marcus I. Rom. |
| 18. Vibianus I. Rom. | |



36. Iulius I. Rom.
 37. Liberius I. Rom.
 38. Felix secund. Rom.
 39. Damasus I. Hispanus
 40. Syricius I. Rom.
 41. Anastasius I. Rom.
 42. Innocentius I. Al-
 banus
 43. Sosimus I. Græc.
 44. Bonifacius I. Ro-
 manus
 45. Celestinus I. Cam-
 panus
 46. Sixtus III I. Rom.
 47. Leo I. Tusc.
 48. Hilarius I. Sardus
 49. Simplicius I. Tibur-
 tinus
 50. Felix III I. Rom.
 51. Gelasius I. Afer.
 52. Anastasius II. Ro.
 53. Symmachus I. Sar-
 dus
 54. Hornusda I. Frusi-
 nonius
 55. Iohannes I. Tusc.
 56. Felix IIII. Samnis
57. Bonifacius I I. Ro.
 58. Iohan. II. Rom.
 59. Agapetus I. Rom.
 60. Siluerius I. Camp.
 61. Vigilius I. Rom.
 62. Pelagius I. Rom.
 63. Iohan. III. Illustris.
 64. Benedictus I. Rom.
 65. Pelagius II. Rom.
 66. Gregorius I. Rom.
 67. Sabinianus ignota
 patriæ
 68. Bonifacius III. Ro.
 69. Bonifac. IIII. Mar-
 sus
 70. Deusdedit Rom.
 71. Bonifacius V. Cäp.
 72. Honorius I. Camp.
 73. Seuerinus I. Rom.
 74. Iohan. IIII. Dal-
 mata
 75. Theodorus I. Græc.
 76. Martinus I. Tudor-
 tinus
 77. Eugenius I. Rom.
 78. Vitalianus I. Signi-
 nus
 79. Adeodatus Rom.



80. Donus I. Rom.
 81. Agatho Siculus
 82. Leo secund. Siculus
 83. Benedictus II. Rom.
 84. Iohann. V. Antio-
 chenus
 85. Conon. I. Thrax.
 86. Sergius I. Syrus
 87. Iohann. VI. Græc.
 88. Iohann. VII. Græc.
 89. Sisinius I. Syrus
 90. Constantinus I. Sy-
 rus
 91. Gregorius II. Rom.
 92. Gregorius III. Sy-
 rus
 93. Zacharias I. Græc.
 94. Stephanus secundus
 Rom.
 95. Paulus I. Rom.
 96. Stephan. III. Sicul.
 97. Adrianus I. Rom.
 98. Leo III. Rom.
 99. Stephan. III. Rom.
 100. Paschalis I.
 101. Eugenius secundus
 Rom.
 102. Valentinus I. Ro.
 103. Gregor. IIII. Ro.
 104. Sergius II. Rom.
 105. Leo IIII. Rom.
 106 Iohan. V III. Mo-
 guntinus
 107. Benedict. III. Ro.
 108. Nicolaus I. Rom.
 109 Adrianus II. Rom.
 110. Iohan. IX. Rom.
 111. Martinus secund.
 Gallus
 112. Adrianus III. Ro.
 113. Stephan. V. Rom.
 114. Formosus I. Portu-
 ensis
 115. Bonifac. VI. Tusc.
 116. Stephan. VI. Rom.
 117. Romanus I. Rom.
 118. Theodorus II. Rom.
 119. Iohann. X. Rom.
 120. Benedictus IIII.
 Rom.
 121. Leo V. non nomi-
 natae patriæ
 122. Christophorus I.
 ignota patriæ
 123. Sergius III. Rom.
 124. Anastasius III. Ro.
 125.



125. Lando I. Rom.
 126. Iohann. XI. Rom.
 127. Leo VI. Rom.
 128. Stephan. VII. Ro.
 129. Iohan. XII. Rom.
 130 Leo VII. Rom.
 131 Stephanus VIII.
 Germanus
 132 Martinus III. Ro.
 133 Agapetus II. Rom.
 134 Iohan. XIII. Rom.
 135 Benedict. V. Rom.
 136 Leo VIII. pulso
 Iohanne
 137 Iohannes XIV.
 Narmensis
 138 Benedict. VI. Rom.
 139 Donus II. Rom.
 140 Bonifacius VII.
 ignobilis
 141 Benedictus VII.
 Romanus
 142 Iohan. XV. Rom.
 143 Iohan. XVI. Rom.
 144 Iohan. XVII. Rom.
 145 Gregor. V. Saxo.
 146 Iob. XVIII. Pla-
 centinus
- 147 Siluester secundas
 Gallicus
 148 Iohan. XIX. igno-
 bilis
 149 Iohan. XX. Rom.
 150 Sergius III. Rom.
 151 Benedictus VIII.
 Tusculanus
 152 Iohan. XXI. Rom.
 153 Benedict. IX. Tusc.
 154 Siluest. III. Rom.
 155 Gregor. VI.
 156 Clemens secundus
 Pabergensis
 157 Damasus secund.
 Bauarus
 158 Leo IX. Alemanus
 159 Victor secund. Ale-
 man.
 160 Stephan. IX. Lo-
 tharingus.
 161 Benedict. X. Cap.
 162 Nicolaus secundus
 Allobrox
 163 Alexander secun-
 dus Mediolanensis.
 164 Gregor. VII. He-
 trufcus
- 165



- 165 Victor III. Montis
 Cassini abbas
 166 Vrbanus II. mo-
 nachus homo nouus
 167 Paschalis secundus
 Italus
 168 Gelasius secundus
 Caietanus
 169 Callistus secundus
 Burgundus
 170 Honorius secundus
 Imolensis
 171 Innocentius secūd.
 Romanus
 172 Celestinus secund.
 Tusculanus
 173 Lucius secund. Bo-
 noniensis
 174 Eugenius III. Pi-
 fanus
 175 Anastas. IIII. Rom.
 176 Adrianus IIII. An-
 glicus
 177 Alexander III. Se-
 nenfis
 178 Lucius IIII. Tusc.
 179 Vrbanus IIII. Me-
 diolanensis.
- 180 Gregor. VIII. Be-
 neuentanus
 181 Clemens III. Rom.
 182 Celestin. III. Rom.
 183 Innocentius III.
 Anagninus
 184 Honor. III. Rom.
 185 Gregor. IX. Herni-
 cus
 186 Celestin. IIII. Me-
 diolanensis
 187 Innocentius IIII.
 Genuensis
 188 Alexander IIII.
 Camp.
 189 Vrbanus IIII. Tre-
 censis
 190 Clemens IIII. Nar-
 bonensis
 191 Gregor. X. Italus
 192 Innocent. V. Bur-
 gundus
 193 Adrianus V. Ge-
 nuensis
 194 Iohannes XXII.
 Hispan.
 195 Nicol. IIII. Rom.
 196 Martin. IIII. Gall.



- 197 Honorius IIII. Ro.
 198 Nicol. IIII. Pi-
 centinus
 199 Celestinus V. Eser-
 ninus
 200 Bonifacius VIII.
 Anagninus
 201 Benedict. XI. Ital.
 202 Clæmens V. Vasco.
 203 Iohann. XXIII.
 Caturcensis
 204 Benedictus XII.
 Tolosanus
 205 Clæmens VI. Le-
 mouicensis
 206 Innocentius Le-
 mouicensis
 207 Vrbanus V. Lemo-
 uicensis
 208 Gregorius X I. Le-
 mouicensis
 209 Vrbanus VI. Nea-
 politanus
 210 Bonifac. IX. Nea-
 politanus
 211 Innocentius VII.
 Sulmonensis
 212 Greg. XII. Venetus
- 213 Alexander V. Cre-
 tensis
 214 Iohan. XXIII.
 Neapolitanus.
 215 Martin. V. Rom.
 216 Eugenius III.
 Venetus
 217 Nicolaus V. Saref-
 fanus
 218 Callist. III. Hispan.
 219 Pius II. Italus
 220 Paulus II. Venetus

ADDITIONE AD
Platinæ Catalogum.

- 221 Sixtus III. Ligur.
 222 Innocent. VIII.
 Genuensis
 223 Alexander VI.
 Hispanus
 224 Pius III. Hetru-
 scus
 225 Iulius II. Ligur.
 226 Leo X. Florentinus
 227 Adrian. VI. Teuto.
 228 Clæmens VII.
 Florentinus

229



- 229 Paulus III. Rom.
 230 Iulius III. Mon-
 tanus
 231 Marcell. II.
 232 Paulus IIII. Ca-
 raffa
 233 Pius III. Medio-
 lanensis
- 234 Pius V. Alexan-
 drinus monachus do-
 minicanus
 235 Gregorius XIII.
 Bononiensis, qui hoc
 tempore praesidet.

LIPSIAE

IMPRIMEBAT ANDREAS
 SCHNEIDER
 TYPIS VOEGELIANIS.

ANNO M. D. LXXII.



ALBANUS
ALBANUS
ALBANUS
ALBANUS
ALBANUS
ALBANUS
ALBANUS
ALBANUS
ALBANUS

LIBRARY

IMPRIMATUR
SCHMIDT
AUGUSTINIANI

Argumenta quinque q̄ probant
Doctrinam Calasie esse colam et Veram.
q̄ ab antiquitate Doctrinae:

Certum est antiquissimam doctrinam non nisi
marc̄ esse. Doctrina calasie est
antiquissima et prima. Ego sola Ecclesiæ
doctrina m̄a est & certa
Majorum, quicquid plenaria testimonia sapienti,
et non hominum confirmant, enim modi
est illud Ceteris n̄ prima s̄: confon-
tunem est eos homines, qm̄ non protul-
aberat, a divina origine, neminas de
Deo habuisse sententias. Unde conformatio-
nies et collatio historiarum etiam
collatio historiarum q̄ in Ecclesiæ extant
& ab Ecclesiæ descriptione sunt, passim
ostendit; Cineas & Romanae Antiqui-
tates post hoc memoriis esse profeticæ
& apostolicæ doctrina. Historie n̄.

Cineas & Romanae nihil docent de primis,
q̄ s̄ sine Origine ministrari, nec ratio in
memoria seruum temporum possunt. Inio
Herodotus & alijs antiquissimi scriptores
falsantur, se ignorare res ḡstas, ante
Aloracianum per se persicantur.

2. q̄ testimonijs Alia colorum
q̄ sunt doctrina Calasie Dei
& a Veteribus prophylactis



CDt

Constat & gl. Bindarbeid

AM

Erne. Johanna & Jakobis
Fam. Fabri

Burgberg pum



38 12
KAT

X 2197495

a
tem per et an
ipso in hinc re in

et tibi gratiam

~~preferere~~

Vix tu D

my tuis parent

ibus amicis.

ferre etiam scilicet

pro desse possit

AB 38 12


Er
arfr
mert
wur
Gru



Et res sonis quoti
et etiam vulans
et quiscom illius
fons sic sigerat

Inte est nichil aliud quod dicitur
re i manus tuas. Et prius ut si
spiritu doli. Et gloriamur von
monia et similitudine. Gloriamur

Farbkarte #13



IMPERATORVM
CÆSARVM
ROMANORVM, A.C.
IVLIO CÆSARE, VSQVE
AD
MAXIMILIANVM
II. AVSTRIACVM, BRE-
ues, & illustres descriptiones
Nicolao Reusnero & Geor-
GIO SABINO AVCTT.



Præterea Aufonij, Micylli, Vrfini in eosdem
Cæsares brevia, & rotunda Carmina.

C Y M P R I V I L E G I O.

